1=2.
AA=9
45-9

ΓΝΩΜΟΛΟΓΙΑ,

SEV

SENTENTIA-RVM MEMORA-BILIVM, CVM PRIMIS GERMANICÆ, GALLICÆQVE

linguæ, breuis & aperta, Latino carmine, inspersis rhythmis festiuissimis, facta descriptio,

PER IOHANNEM BVCHLE-RVM A GLADBACH, IVRIS-dictionis Wicradanæ Præfectum.

PRÆTER ÆNIGMATA PARtim sacra, partim profana, eaque per quam venusta, accessit opera eiusdem tractatus de Anno, & eius partibus, cum Kalendario perpetuo, lectu, cognituque dignissimus.

Editio tertia ab auctore recognita, & locupletata.

MOGVNTIÆ,

Sumptibus Bernardi Gualtheri Bibl. Colon.
Excudebat Ioannes Volmari.

ANNO M. DC. XIV.

Hæc cui Gnomologia minus ſatisfacit, adeat Prouerbialium Sententiarum Theſaurum noſtrum, & ſibi plene cumulateque ſatisfactum fatebitur.

GENEROSO ET MAGNIFICO HEROI IOANNI QVAHT,

Domino, in Vuicraht, Bergh, Schuanẽberg, Domino & Mæcenati summa & perpetua animi obseruantia colendo salutem & felicitatem.

SI iure illa suo, vtilitatem aliquam quæ mortalib. pariũt: magni fiunt, profecto, generose & magnifice Heros, nemo, nisi ab omni animi intelligentia se alienissimum fateri velit, inficiabitur, Gnomis & prouerbio quasi vibratis Sententiis summam venerationem deberi. Non in postremis illarum fuisse habitam apud maiores nostros cognitionem, planissime primi nominis auctorum monumenta demonstrant: inter quos vt quisque eruditissimus eloquentissimusque fuit, ita plurimum Gnomarum suis scriptis inesse voluit. Nec iniuria: Videbant siquidem huiusmodi Sententias, & scite dicta breuiter proponere, quæ ad vitam & mores hominum probe informandos apprime necessaria essẽt.

 Nul-

Nullum omnino vitæ genus prætereunt, cui salutaria honeste ac beate viuendi, prudenterque agendi præcepta non tradunt. Magnates, & rerum Dominos clementiam: Iudices æquitatem: Nobiles virtutem: Magistratus moderationem & vigilantiam docent: Eruditos mira perfundunt voluptate: Imperitos erudiunt: Ignauos excitant: Temere festinantes inhibent: Et quod beatum curationis genus est, per voces grata quadam nouitate insignes, animi affectiones immutant, & expellunt. At quis omnes Gnomarum ad vitam bene beateque instituendam effectus enumeret? Quidquid Philosophiæ principes tot voluminibus tradiderunt, eadem hæ per inuolucrum quoddam, quam fieri potest breuissime, proponunt. Iam vero quantũ ad persuadendum, quantumque ad orationẽ exornandam valeat Gnomarum supellex, quis nõ videt? Ecquid verisimilius, quam id quod omnium ætatum, omnium nationum consensus, & velut idem suffragium comprobauit? Inest nimirum, inest in prouerbialibus sentẽtiis natiua quædam & genuina vis veritatis. Alioquin qui fieri posset, vt eandem plerunq; sententiam in diuersos dimanasse populos, in diuersas videamus translatam linguas, quæ ne tot quidem sæculis vel interierit, vel consenuerit? vt merito dictum illud videatur: *Veritate nihil robustius.* Peropportune hoc loco Philosophi cuiusdam in mẽtem venit, qui in-

interrogatus, Quidnam in optimis numerare? respondisse fertur: *Quod commune est*. Prudenter & vere. Quid enim Sole, qui radiorum suorum lumine mundum illustrat vniuersum præstantius? Quid Luna, quę tenebras discutiendo, noctem omnib. clara luce serenat, excellentius? Huius sapientissimi hominis auctoritate permotus, Prouerbiales sententias, cum, vt dici solet, Lippis & tonsorib. notæ sint inter optima referenda esse minime dubito. Ceterum vt studiosis humaniorum artiũ, pro mea quoq; tenuitate, hoc in negotio nõnihil adferrem commodi, memorabiles quasdam Alemannorũ & Francorum sententias Latinitate à me donatas in publicũ prodire feci. Tibi vero, generose & magnifice Dñe, cur hunc meum quantulumcunq; laborẽ inscripserim, caussæ sunt geminæ. Vna quidem clarissimus familiæ vestræ splendor, & perantiqua nobilitas, quæ sua mihi potentia & auctoritate necessariam aduersus maleuolos defensionẽ præstare potest. Altera vero animi tui vere Heroici eminentia, & singularis tua tuorumque erga me beneficentia: Cuius quoties recordor (nulla autem dies abit, quin de ea turbulentissimis his & plus quam tragicis temporibus cogitem) toties quasi pudore suffundor, quod mihi nulla præterquam litteris parta benemerendi facultas detur. Accipe igitur, generose & magnifice Heros, litterarium à parum litterato munusculum,

tibi candidæ, grataeque mentis affectione nuncupatum, inscriptum, & dedicatum, vt sit perpetuum meæ erga familiam vestram observantiæ monumentum & pignus. Deus Opt. Max. magnificam dominationem tuam nobis seruet diu incolumem. Ex Municipio vestro Vvicradensi. Anno per Christum restitutæ salutis cIↃ. IↃcvi.

T. Dom. & Excell.
cliens obseruantiss.
Iohannes Buchlerus.

IN

IN ΓΝΩΜΟΛΟΓΙΑΣ COMMENDATIONEM NOBILISſimi adoleſcentis Lotharij Quadi ἑνδεκασύλλαβον.

SI vis exiguo benigne lector
Γνῶμας omnigenas habere libro,
Quæ verſu facili eruditulóq;,
Vt vitæ inſtituenda cuiq; monſtrent,
Hunc parua tibi compares moneta:
Non hoc caſtior, eſt politiorque,
Non perfectior eſt, facetiórq;,
Tali materia ſuper repertus
Quem ſi ſaltem oculis ſemel pererres,
Iucundum, pium, & optime latinum,
Horarum ſimul omnium eſſe dices.
Hic morum inuenies probos magiſtros,
Viuendique probe duces fideles,
Hinc diſces ſapere, & timere numen,
Amplecti ſtudium, innocentiamque,
Hinc linguam cohibere garrientem.
Sunt quæ triſtem animum leuant dolore,
Sunt quæ lætum animum regunt catenis,
Et ſeruare modum ſtatu ſub omni.
Sunt verſus bene qui docent valere,
Sunt quos non ſine perlegas cachinno,
Sed quid multa moror? lege & probabis.

IN EANDEM THEODORI Flodrcff ἑξκαιδεκάστιχον.

SI iuuat ingenuis excultum moribus omnem
Vitam prudenter ducere vbique tuam:
Siq; tuis adsit quædam vis gratia factis,
Et lepidis placeant vt tua dicta iocis:
Hoc, age, solerti perlustres pectore, Ianus
Bucblerus nobis quod bene fecit, opus.
Hinc vitæ opportuna tuæ præcepta capesse,
Hinc exempla tibi fac imitanda legas.
Hinc pete quæ memores sociis adiunctus honestis,
Quæque queant tetricos exhilarare senes.
Non peragit prudens tristi sua tempora semper
Fronte, sed admiscet seria sæpe iocis.
Vnus plus aliis videaris vt esse disertus,
Hic faciet mira dexteritate liber.
Vis Germanica? habes: arrident Gallica? præsto:
Vis Latium atq; quidem perbreue carmen adest.
Quid stas? quidue moraris? attinge, hoc vtere sodes,
Non tibi erit satis hunc euoluisse semel.
Quid rectum, aut prauum; quid honestum, ac vtile, quidue
Turpe sequenda simul quæ fugienda, docet.

LIBER

LIBER AD Zoilum.

Ringeris an rides? video mordere paratus?
Nam frontem sulcat ruga seuera tuam.
Quid merui miser? & tanti quæ est caussa furoris?
Dentibus efficiar siccine præda tuis?
Ingenui non est, hominis neq; munus honesti,
Conscriptos aliis dilacerare libros.
Hanc veniam nostro quali da cunque labori,
In simili cuperes quam ratione dari.
Vulgari fateor panxi mea carmina plectro,
Verborum strepitu, deliciisq; vaco.
Nec sine iudicio, tibi, qui reprendere gaudes,
Hoc persuaderi, si patiare modo:
Quippe quod hæc rudibus sint facta, nouisque Poetis,
Atq; vt materiæ par foret ipse stylus.
Quos ego si modo detineam, tu Zoilus esto,
Et spurca, quantum, voce, lacesse potes.

TETRASTICHON AD LEctorem Bernardi Gualtheri Typographi.

Ne pigeat, si grata placet cognoscere, Lector,
Hunc oculis crebro peruolitare librum:
Inuenies passim quæ te legisse iuuabit,
Seria sunt lepidis plurima mista iocis.

SENTENTIÆ RHYTHMICÆ, LATINO, FACILIQVE CARMINE expressæ, & in locos communes litterarum ordine obseruato, digestæ.

A.

Abstinentia in cibo potuque: Ieiunium, & Frugalitas.

WIltu viel gutter tag ersparen/
Dein siñ vnd dein gesund bewahren/
Fur vollerey als fur des Teuffels list/
Dich fleissig hut ieder frist.

Vis [illegible] ut [illegible] tibi vita per annos,
Nec pessum sensus, ingeniumque ruant,
Sint odiosa tibi fallacis dona Lyæi,
Non secus ac tetri dæmonis insidiæ.

Rhyth. *Quo [illegible] ægrotes caue grandia pocula potes*
Ab[illegible] viel essen beschwert den magen/
Eß wenig/ das kanstu besser tragen.

Rhyth. *Ex magna cena stomacho fit maxima pœna,*
Vt sis corde leuis, sit tibi mensa breuis.

Vel. *Ventriculo grauis est nocturno tempore cena,*
Fausta valetudo si placet, esto parum.

Vel. *Si cenas, cenato parum, nam largior æquo*
Esse solet stomacho cena peracta grauis.

Laß

Laß den magẽ mit newer ſpeiß vnbeſchwert/
Biß ſo lang die alte drinnen iſt verzert/
Auß dunnen ſpeichel vnd eſſens begir/
Wirſtu daß mercken ſelbs an dir.

Ne noua vetriculo tribuas alimenta, priuſquã
Sit bene concoctus, qui fuit ante, cibus.
Ipſa fames in eo quid ſit ſuper vltro monebit.
Et tenuis docet hoc ore ſaliua fluens.

Im Lentzen iß mit måſſigkeit/
Im Sommer wird dir ſchlemmen leyd/
Der Herbſt frucht dich enhalt/
Iſt nah aller luſt bey Winterlichem kalt.

Vere, cibo modico ſerues in corpore vires,
Atq; per æſtatem largius eſſe caue,
Parcius Autumni fructus adhibeto, repletus
In Bruma venter non ſolet eſſe grauis.

Autumni fructus caueas, ne ſint tibi luctus. **Rhyth.**
Pauca voluptati debentur, plura ſaluti. **Item.**

Wer werden wil ein alter Man/
Der ſol in eſſen maſſe han

Pone gulæ metas, & erit tibi longior ætas, **Rhyth.**
Eſſe cupis ſanus, ſit tibi parca manus.
Viuere vis ſanus multos feliciter annos, **Vel.**
Veſcendo fines tranſgrediare caue.

Halt recht maß in ſpeiß vnd dranck/
Wilſtu werden alt vnd ſelden kranck.

Sume cibos modicos, nimis vitetur & hauſtus
Sanus ſi membris expetis eſſe ſenex.
Corpus, mentem, animam, perdit, necat, interimitq; **Nota.**
Turpis, iners, cæcus, crapula, ſomnus, amor.

Rhyth. *Parcus vescendo, parcissimus esto bibendo.*

Qui boit & mange sobrement,

Il vit volontiers longuement.

Fila suæ vitæ seros producit in annos,

Qui parce bibit, & parce alimenta capit.

Nota. *Corpus, mentem, animam, seruat, sanat, releuantque,*

Sobria, naua, pia, vita, Minerua, preces.

Rhyth. *Sanior esse potes si cum moderamine potes.*

Mit essen du erhalten muß dein leben/

Ob schon derhalben dirs nicht ist geben;

Il conuient manger pour nourrir,

Et non pour remplir.

Viuis non vt edas, sed edes, vt viuere possis.

Vel. *Esse decet viuas, viuere non vt edas.*

Rhyht. *Qui semel est, Deus est, bis homo, sed bestia qui ter,*

Dæmō qui quater est, qui sæpius est sua mater.

Detestanda igitur Sardanapali vox, quæ apud Diogenem legitur.

Cum te mortalem noris, præsentibus exple

Deliciis animum, post mortem nulla voluptas.

Namq́; ego sum puluis qui nuper tanta tenebā.

Hæc habeo quæ edi, quæq́; exsaturata libido

Hausit, at illa manent, multa & præclara relicta.

Fasten ist mancher art/

Auch dem verscheiden lohn widerfart/

Ein Heuchler fastet zum schein/

Ein Karger zu sparen die guter sein/

Ein Artz damit er sein gesundheit erhall/

Ein

Ein Gotsförchtiger das er Gott gefall

Vt varijs fiunt hominum ieiunia caussis,
Sic merces varijs prouenit inde modis.
Ieiunat fictus studio virtutis inani,
Ieiunat parcus ne minuantur opes.
Ieiunat medicus firmandi corporis ergo,
At pius, vt placeat sobrietate Deo.

Der helt Gott ein angenehme fast/
Wer frommer wird/vnd die sünd verlast.

Hic bene ieiunat, qui se de crimine nudat. Rhyth.
His Domino fiunt ieiunia grata diebus, Vel.
Virtutis studio criminis atque fuga.

Den leib soltu nicht machen zu vol/
Wilstu das fleisch zämen wol

Per raros pastus carnales deprime fastus. Rhyth.
Ne caro disrumpat sana retinacula mentis, Vel.
Exiguo ventrem disce nutrire cibo.

Auff die Fasten Osteren folget bald/
Welches erfrewet jung vnd alt.

Tristia iucundum sequitur ieiunia Pascha,
Qua bene qui seruat postea laetus erit.

Damit die Fasten dir nit verdrießlich sey/
Gedenck daß Osteren negst stehet darbey:

Ne sint ipsa molesta tibi ieiunia, festi
Pascha, quod sequitur, te meminisse decet:

Celui qui veult viure sur terre,
Boire au coucher ne doibt requerre:
Car c'est pour auoir vng caterre,
Qui tiendra l'homme trop en serre.

Vis longum vitae spatium decurrere sanus,
Iturus cubitum pocula nulla petas:

Illa creant etenim senio veniente, catarrhos,
Et capiti, & reliquis partibus inde graue.

Gewunnen gut erhalt mit fleiß/
Du darfst es wol/wirstu greiß

Rhyth. *Res bene collecta prosunt in fine senecta.*

Vel *Pone modum rebus, penses bona buccea, necno*
Gutta meri, quam sint grata futura seni.

Halt gasterey selten / vff das du nicht ve
Dein Gut bald/vnd betlen must/ thus
Wer mehr verzert dan er gewint/
Des gutt in kurtzer zeit zerrint

Conuiuator eris rarus, ne rebus egestas
Omnibus absumtis sit toleranda tibi:
Quippe suo lucro quisquis plus prodigit, huius
Sint licet immensa, diminuuntur opes.
Raro des epulas, ne consumptis cito rebus,

Rhyth. *In breuibus fias mendicus, inopsq́ diebus.*

Aduersitas, infortunium, calamitas & afflictio.

Voller kropff/voller kopff.

Item. Bey gutten tagen vnd wein/
Wil das Podagram sein.

Item. Ruhe/machen mühe.

Item. Wa gelt vnd gut/
Da ist kein muht.

Vbi vber, ibi tuber.

Non fauet in terris tantum fortuna cuiquam,
Quin ferat & lætis tristia mista iocis:
Nam nihil est, omni semper quod parte beatū
est,

Mell-

Mella nec ingrato dulcia felle carent.
Bekummer dich nit zu fast/
Wan du vngluck vnd trubsal hast.
Si fortuna tonat, caueto mergi. *Auson.*
Gut gluck muß regiert sein/
Daß böß vberwunnen sein.
Bonorum rector, malorum victor. *Viuet.*
Prospera diuina tibi sors est arte regenda, *Vel.*
Aduersum forti pectore vince malum.
In der noht /wunscht mancher sich den tod.
Rebus in aduersis facile est contemnere vitam
Il n' est pas digne d' auoir aise,
Qui ne scait que c' est de mal aise.
Qui ne peult souffrir chose amere,
Ia doulceur ne luy sera mere.
Dulcia non meruit, qui non gustauit amara. *Vulgo.*
Dicitur indignus cui detur habenda voluptas. *Vel.*
Aduersi prorsus qui tulit ante nihil.
Dulcia duntaxat tandem gustare meretur. *Vel.*
Plurima qui vita sensit acerba prius.
Si tu souffre necessite,
Attens en Dieu prosperite.
Si miser es, fac vota Deo, de pectoris imo,
Afflictum prompta te ille iuuabit ope.
Æger eo cubitum, sanus cubitu, ecce resurgo. *Vel.*
Quaris tam rata sit qua medicina? preces.
Du mal d' autruy ioye auoir ne conuient.
Car vng tel mal souuent à chascun vient.
Ob casum alterius nunquam lætare, ferendũ
Nam quod huic hodie, cras tibi forsan erit.
Inuideat si sors alijs gaudere caueto, *Vel.*

Disce

Disce sed alterius cautior esse malo.

Adulatio, Adulator, assentatio, blanditiæ.

Wer allezeit die warheit wil sagen/
Mit Herrn sich vbel thut vertragen.
Oder/Es ist ietzund der Welt sit/
Den/der nicht schmeichelt/liebt man nit

Rhyth. *Qui vult laudari à Domino, magnusq; vocari*
Discat adulari, nam tales sunt modo cari.

Vel. *Discat adulari veris procul ore fugatis,*
Principibus qui vult vsque placere viris.

Vel. *Si simulare potes bene dissimulanda, vicissim*
Dissimulare etiam si simulanda potes:
Aulicus es verus, nec te præstantior alter,
Nec Domino quisquã te mage amatus erit.

Mieulx vault estre d' amy blessé,
Que d' vng adulateur baisé.

Verbera constantis miseris in rebus amici.
Suauiolis blandi sunt potiora viri.

Il fault fuir l' adulateur,
Car il est repute menteur.

Rhyth. *Non bene mellitis est tutum credere verbis.*

Vel. *Linque virum blando cuius medicata veneno*
Lingua, suo veri, cum sit in ore nihil.

Vel. *Assentatorem fugito, nam falsus habetur.*

Aetas.

Ein Zaun wehret drey jahr.
Ein Hund vberwehret drey Zäun.
Ein Pferd drey Hund.
Ein Mensch drey Pferd.

Seps depacta solo potis est tres stare per annos:
Hãc genus omne canũ ter vita vincit in annis:
Hos triplo excedit viuendi tempus equorum:
Tres homo vincit equos si iusto tempore viuat
Et tria sæcla hominis transmittit garrula cornix:
Et quater egreditur cornicis sæcula ceruus:
Alipedem ceruum ter vincit coruus, at illum
Multiplicat nouies Phœnix reparabilis ales.
Wer vor zwentzig jahren nicht wird hubsch vnd fein/
Vor dreissig nicht starck an den gliderē sein/
Vor viertzig nicht weiß / vnd nicht reich vor funffzig jahren/
An dem ist alle hoffnung verlohren
Lustra bis ante duo nec qui formosus, & ante
Ter decimum ætatis non præstans viribus annum,
Nec bis vicenum quidquam sapientior ante,
Qui neque ditescit quã quinquagesimus adsit.
Nititur ille sibi post hæc acquirere frustra.
Zehen jahr ein Kind
Zwentzig jahr ein Jungling
Dreissig jahr ein Man
Viertzig jahr wolgethan.
Funffzig jahr still stahn.
Sechtzig jahr gehet das alter an.
Sibentzig jahr ein greiß.
Achtzig jahr nimmer weiß
Neuntzig jahr der Kinder spot.
Hundert jahr gnad dir Gott.

Annos

Annos prima decem puerilis transigit ætas.
Vendicat inde decem generosa iuuenta sequentes:
Exhibet ipse virum nobis trigesimus annus.
Quarta decas pulcris hominē virtutib⁹ ornat
Tramite iam medio paulisper quinta quiescit.
Sexta parit senium, capiti fert septima canos.
Hanc subiens octaua facit puerascere rursus.
Proxima vicatim pueris ludibria præbet.
Postremæ superi præsto sit gratia patris.
Quæ nisi contingat melius vixisse nec vnquā.

Affectus.

An ein ort da ich gern bin/
Züh̃e man mich mit einem härlin hin.

Crine vel exiguo duces quocunque volentem
Sponte sequi, inuitus fune trahendus erit.

Rhyth. *Hoc portat leuiter, quod portat quisq̃ libenter*

Item. *Mane petendo scholas qui cū testudine repunt,*
In saltu leporis vespere tecta petunt.

Qui tousiours son courage croit,
Ne peult estre que fol ne soit.

Qui nimis indulget, creditue affectibus ipsis,
Hic vitæ regimen nescit habere suæ.

Alea.

Auff toppel spiel pflegt man sagen:
Muß man leib/gut/vnd alles wagen.

Rhyth. *Ludens taxillis, bene respice, quid sit in illis,*
Mors tua, sors tua, res tua, spes tua, pendet in illis.

Vel. *Alea iactetur nulli, committere vitam*

Qui dubiæ sorti nolit, opesq; suas.

Alea dat rixas, pugnam, periuria, cædes, *Vel.*

Adfert pauperiem, diuitiasq; fugat.

Das würffel spiel manchen bringen thut/
Umb gelt/kleider/und alles gut

Sum leuis vt passer, facit hoc mihi tessera & (asser *Rhyth.*

Quod sum nudus opum pernox facit alea, lusũ *Vel.*

Hunc tractet, mecum qui volet esse miser.

Iactus talorum nudam facit ære crumenam, *Vel.*

Et cum vestitu prodigit omne penu.

Le ieu, la femme, & vin friant,
Font l' homme pauure en riant.

Gaudendo faciũt inopes Venus, alea, Bacchus.

Alea, vina, Venus faciunt vt turpis egestas *Vel.*

Abripiat multos in sua vincla, ioco

Hæc fugias, fastum, talosq;, lupamq;, tabernã, *Rhyth.*

Si doceo, & vitam tibi quæris habere supernã.

Sit procul ebrietas, procul absit & alea, cæci *Vel.*

Sint pueri nostro spicula corde procul.

Alta.

Wer nicht zu hoch uber sich steigt/
Der selten ungemach mit fallen kreigt.

Tutior in terris locus est, quam sedibus altis. *Rhyth.*

Si metuis lapsum depressis saltibus erra: *Vel.*

Scandentes casu præcipitante ruunt.

Quisquis amãs mediocre, facit sublime terũci,

Huic nocuisse grauis nulla ruina potest.

Ne parlons point des haults estats,
Car il en peult sortir debats.

Ordine de primo caue multa loquare virorũ,

Hinc ne forte tibi damna superueniant.

Ne

Ne vueilles point ſi hault monter,
Que à douleur faille deſmonter.

Tam ſublime caue quoquã cõſcenderis, vt ſint
Infima cum gemitu poſt repetenda tibi.

Ouid. *Dum petit infirmis nimium ſublimia pennis*
Icarus, Icarijs nomina fecit aquis.

Rhyth. *Nõ bene tutus erit, quiſquis nimis ardua quæri*
Vel. *Qui nimis alta petit, nec magna pericula credi*
In magis ima cadit, ſeq; in diſcrimina tradi

Amicitia.

Das iſt der wahren liebe recht/
Wan man nicht arme freund verſchmecht

Rhyth. *Verus amor miſerũ, nunq̃ contemnit amicum*
Vel. *Afflictis miſerum ſi quis faſtidit amicum*
Caſibus, is fœdus ſoluit amicitiæ.
Vel. *Sorte ſuos miſera nuſquã contemnere amicu*
Optima lex veræ [illegible] amicitiæ.
Ouid. *Turpe ſequi caſũ, & fortunæ accedere ami*
Et niſi ſit felix eſſe negare ſuum.

Verzürnen ſoltu die liebe freunde dein/
Auß keiner vrſach groß oder klein/
Keines freundſchafft man verachten ſol/
Er ſey dan böß vnd ſchalckheit vol.

Ob leue delictum veterem ne temne ſodale
Non cito ſoluendum fœdus amicitiæ eſt.
Nullius, niſi ſit vitijs infamis, amorem
Temſeris, & minimi gratia ſæpe iuuat.
Rhyth. *Dilige ſic homines, vt eorum crimina vites:*
Oderis & culpas, hominem non qui facit iſta

Ich hab lieber zum freund ein Hündlein/
Dan das es ſol mein feind ſein.

Blandiri de more ſuo mihi malo catellum
Cauda, quam rictu velle nocere ſuo.
Gratior applaudēs catulus mihi dēte minãti. Vel.
Der freund zall iſt leider klein/
Doch müſſen ihr zwen ſein.
Ad minus vt ſit firmꝰ amor duo ſemper amici
Sint, vna veniens parte repente perit.

Amicus.

Ein trauwen freund du lieben ſolt/
Fur allem ſilber vnd goldt
Carior argento & fuluo precioſior auro,
Eſt vetus veræ cultor amicitiæ,
Auro præualet vetus atque fidelis amicus, Vel.
Vincit & argenti pondera verus amor.
Ein freund iſt des andern ſpiegel fürwar/ Vel.
Darin er ſich beſehen fein vnd klar.
Se videt in ſpeculo [illegible] amicũ.
Fidus imago ſui [illegible] amici. Vel.
In der noht / gehen der freund viel auff ein
loht.
Scilicet vt fuluum ſpectatur in ignibus aurũ, Ouid.
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.
Dum iuuat & vultu ridet fortuna ſereno,
Indelibatas cuncta ſequuntur opes.
At ſimul intonuit fugiunt, neq; noſcitur vlli,
Agminibus comitũ qui modo cinctus erat.
Gehet es nach gluck mit reichen ſchal/
So finden ſich freunde ohne zall/
So bald aber ſich das gluck wendt/
Iſt alle freundſchafft auß behendt
Donec eris felix multos numerabis amicos, Ouid.

Tem-

Tempora si fuerint nubila solus eris.

Rhyth. *Tempore felici multi numerantur amici:*
Dum fortuna perit, nullus amicus erit.

Item. *Dum fortuna mala est, nullus amicus adest*

Si tu es bien heureux, amys auras au doub
Mais tu sera tout seul, si le beau temps se t
ble.

Dum tibi sors comes est, comites & habebis amicos:
Si te deserat hæc, destitueris & his.

Il n' ya pire nul ennemy,
Que celuy qui se monstre amy.

Nil homine effinxit natura nocentius isto,
Qui falsus veram fingit amicitiam.

Pontan *Nō adeo fraudi est, odium qui effundit aper*
Vt qui germanam fingit amicitiam.
Deuitatur enim qui nos odisse fatetur:
Suspicione vacat, qui mihi dicit, amo.
Trux inimicus erit, me iudice, quisquis am.
Creditus, occulta sub ratione nocet.

La mort n' a point d' amy,
Le malade n' qu' vn demy.

Æger habet mediū, nullum mors tristis amicum,

Vng Veil amy pour vng neufne delaisse,
Ne scais que tu prens, mais tu scais que tu laisse.

Permutare nouo veterum nolito sodalem,
Cornel. *Qualem scis habeas, quo potiare, latet.*
Gallus. *Euentus varios res noua semper habet.*

Mieux vaut amy en voye,

Qu' argent en courroye.

Vtilior prorsus per iter tibi fidus amicus,
Quam sint in loculis plurima lucra tuis,

A tes amys sois en aduersite,
Tel que tu fus en leur prosperite.

Amicis aduersa fortuna vtentibus idem esto.

Prospera & aduersa fortuna vtentibus idem Vel.
Esto tuis, nec cum hac stet ve cadat ve fides.

Amor.

Ein ieder liebt was jhm behagt/
Vnd were es gleich ein heßlich Magd.
Warauff einer seine lieb setzt/ Vel.
Fürs aller schönst er das schetzt.

Vrit amor cæcus, non est amor arbiter æquus: Rhyth.
Nam deforme pecus iudicat esse decus.

Quod quis amat, rebus semper magis omnibus vnum Vel.
Æstimat, & videas sæpe valere nihil.

Quidquid amans cæco semel est complexus amore, Vel.
Vnum illud dignum laude & amore putat.

Als viel blumlein auff dem Felde stehen/
So manchen schmertzen die liebe vbergehen.

Quot campo flores, tot sunt in amore dolores. Rhyth.

Plures obscœno latitant in amore dolores Vel.
Quam flores verno tempore campus habet.

Ecquid amor? nihil est aliud quam mentis amaror, Vel.
Dulcia promittens cogit acerba pati.

Quot lepores in Atho, quot apes pascuntur in Hybla, Ouid.

Cærulæ quot baccas Palladis arbor habet,
Littore quot conchæ, tot sunt in amore dolores.

Der König ist eim betler gleich/
So kein freund hat im gantzen Reich.

Rhyth. *Rex est mendicus, cui non est vllus amicus.*
Vel. *Paupere nil distat toti licet imperet orbi*
Rex, hominū nullus quem reuerenter amat.
Vel. *Ecquod amabo inter Crœsū discrimen & Irum,*
Omnibus exclus si sit vterque? nihil.

Die wahre freund erkennet der bald/
Welchen das vnglück vberfalt.

Rhyth. *Sorte patet miseri qua sit dilectio vera.*
Vel. *Integritas auri medio spectatur in igne,*
Noscitur aduersis rebus amica fides.
Vel. *Candidus afflictis rebus spectatur amicus,*
Arbitrio sortis statq; caditq; fides.

Liebe vnd wider leyd/
Ist verlohren arbeit.

Rhyth. *Illi pœna datur, qui semper amat, nec amatur.*
Item. *Est amor ingratus si non sit amator amatus.*
Vel. *Quisqs amat sibi dilectos, nec amatur ab illis,*
Nil agit, & vere dicitur esse miser.
Vel. *Quando odio pensatur amor, liuore benigni*
Pectoris integritas, nil iuuat ipse labor.

Lieb haben vnd nicht geniessen/
Möcht wol den Hencker verdriessen

Semper amare, suo nec amore potirier vnquam
Esse ferunt ipsis & graue dæmonibus
Vel. *Semper amare frustra rebus nec posse capitis*
Dæmona informes excruciare quæ...

Fur einen falschen freund halt ich dich/

So du das gelt mehr liebest dan mich.

[V]erus amicus erit, qui plus me quam mea quærit. Rhyth.

[Q]ui mage amat mea me, non hunc complector amore. Vel.

[Q]uis amat mea, plus quam me, simulator amici. Vel.

Non mihi sinceri nomine dignus erit.

Falsus amor, latus hoc, nummis vbi plena moratur Vel.

Pera, magis reliquis partibus vsq; colit.

[L]ieb ist die beste Hutt vnd Guardey/

Die ihren Herren erhaltet frey.

Magnum satellitum amor. Viues.

Non sic densa phalanx potis est defendere quẽquam, Vel.

Vt sibi coniunctum sæpe tuetur amor.

Gemachte farb/vnd gezwungen lieb/

Verschleichen sich heimlich vnnd bald wie die dieb.

Fucatus color, & quod vi extorquetur amari,

Vtraq; mutata fronte repente cadunt.

Decrescit factus color, ac amor ipse coactus. Rhyth.

Qui son cueur met en folle femme,

Il pert auoir, & corps, & ame.

[Co]rpus, opes, animam facto corrumpit eodem,

Cuius femineo pectus amore flagrat.

Qui autruy aime mieux que soy,

A la fontaine meurt de soiff.

Qui magis alterius proprio quam flagrat amore,

Hunc prope fontis aquas enecat ipsa sitis.

Qui bien aime tard oublie,
Et qui bien aime bien chastie.
Qui vehementer amat, socii obliuiscitur agi
Et bene castigat qui vehementer amat.
Qui aime il craint, l'amour qui est sãs crain
N' est pas amour vraye, mais amour fainct
Omnis amans metuit, qui vero est absq; tim re,
Non est sincerus, sed simulatus, amor.
Wer mit lieb ist behafft/
Der selten etwas guts schafft
Quisquis lasciui stimulis agitatur amoris,
Vel minimo dignum praestat honore nihil.
Veux tu bien estre amyable,
Sois courtois & honorable.
Esto bellus homo praestesq; libenter honores,
Si vis ut sociis semper amere tuis.

Anima.

Longuement viure sans bien faire,
Est à l'ame tresfort contraire.
Factis absq; bonis longaeuam ducere vitam,
Multum animae, quae, inquam, sola perennis obest.

Animus bonus, malus.

Das hertz wil Gott kein heuchelerey/
Darumb sehe das dirs ein ernst sey.
Rhyth. *Dum cor non orat, ne quidquã lingua laborã*
Item. *Non holocausta Deus, sed corda fidelia quaer*
Haec qui dona gerit, fine beatus erit.
Vel. *Dimidiã, & plenã lunã cum Principe Romã,*

Possi

Postulat à nobis, qui regit astra, Deus.
Vota precesq; Deus simulata mente profectas Vel
Respuit, audiri si cupis, esto pius.
Sey wie ein Lew im gemute dein/
Im leben wie ein Schäfflein
Trux sis mente leo, moribus esto bidens.
Le courage fait l'ouurage.
Præstat opus quodcunq; animus, viresque ministrat.

Animalia.

Qui veut auoir bon chien,
Il faut qu'il le nourrisse bien.
Quem cupis esse bonum catulum, nutrito benigne.
Aussi toit meurt veau comme vache,
Et diligent comme le lasche.
Sæpe prior vitulus succumbit utroq; parente,
Ante pigrum sollers funere sæpe cadit.
Wilstu nicht leiden der flöh beissen/
Solstu ihn die Zähn außreissen/
Oder angreiffen ihre beyn/
Das deren gantz leibe kein.
Si mordent pulices, mordentib. excute dentes: Rhyth.
Vel confringe pedes, ne possint vertere sedes.
Ne lædant pulices, dum sunt stimulare parati, Vel.
Dentibus hos priua, comminuasue pedes.

Aptum, aptitudo.

Il n'est richesse qu'estre sain,
Ne que la mort rien plus certain,
Ne tresor que de preud'hommie,

Et soy garder de vilennie.

Fausta valetudo gazas supereminet omnes,
Vim tamen atrocis sentit & illa necis:
Candida thesauro probitas preciosior omni,
Turpibus & vitiis semper abesse procul.

Que voules vous que ie vous die?
Il n'est parler que gracieux,
Ne louer gens qu'apres leur vie,
Ne chere que d'homme ioyeux.

Debita prolatis si desit gratia verbis,
Dicere nil præstat, quam mala multa loqui
Laus data post obitũ solum certissima laus,
Hospes iucundus prandia grata facit.

Aqua.

Das ist ein böser fluß/
Dar man wasser in tragen muß.

Rhyth. *Raro laudatur fons in quem lympha feratur.*

Vel. *Pessimus hic fõs est, fontis neq; nomine dignus*
Ex aliis in quem lympha ferenda locis.

Vel. *Quis puteum laudet, cui quæ depromitur ima*
Est opus vt primum suppeditetur aqua?

Die klein wasser allgemein/
Lauffen in die grossen hinein.

Rhyth. *Vnaiq; per montes currunt in flumina fonti*

Vel. *Montibus & syluis, aliisue anfractibus orti*
Fonticuli, cursim flumina magna petunt.

Vel. *Fontibus ex minimis augentur flumina, tandem*
Omnibus in magnum tenditur Oceanum.

Eau & pain, c'est la viande du chien.

Vi

Vilis aqua & panis potus & esca canis.

Ars.

Kunst solstu fur gelt vnd gut lieben/
Dan sie ist sicher für die Dieben.

Res valet, ars præstat, si res perit, ars mihi restat. Rhyth.

Ars manet, ars durat, fortuna recedere curat. Item.

Artis cognitio gemmas præcellit & aurum: Vel.
Quandoquidem nullis casibus exposita est.

Artibus ingenuis non res præstantior vlla,
Quippe suos semper quæ comitentur heros.

Die Kũst keinen grossern feind pfleg zu hã/
Dan denselbigen der sey nicht kan/

Artis inops, artem temere fastidit, & odit.

Science n' a en nemy n' aduersaire,
Que l'ignorant auquel est necessaire.

Ars quamuis humilis nulli contemnitur, eius
Ni prorsus pulcra cognitione vacet.

Ardea culpat aquas, nandi cum nesciat artem. Vulgo.

Kunst niemand schwert/
Vorhin er auch verkehrt.

Non grauat ars, vel euntem vltra Garamantas, & Indos.

Magna licet siet ars tamen haud grauis illa ferenti. Vel.

Asinus.

Ehe thut man nach kein Esel fragen
Zu Hoff/dan so er Seck sol tragen.

Dic rogo cur asinus ditet vocitatur in aulas?
Non vt ibi otia agat, sed graue portet onus.

Einen Esel schick wohin du wilt/
Kein Hengst wird drauß der etwas gilt.

Rhyth. *Parisios stolidum si quis transmittit asellum*
Si fuit hic asinus, non ibi fiet equus.

Vel. *Tardigradus quocunq; lubet ducatur asellus,*
Non tamen euadet cursibus aptus equus.

Vel. *Nullius est, nec erit sollertia tanta Magistri,*
Quæ queat efficere vt fiat asellus equus.

Es ist ein wunderlicher streit/
Wen ein Esel den anderen reit/

Rhyth. *Est mirum bellum, quod asellus culpat asellũ.*

Vel. *Tardior à tardo dum fertur asellus asello,*
Prœlia miscentur pluribus apta iocis.

Vel. *Quando vides asinos asinis culparier ipsis,*
Mira scies nullo sanguine bella geri.

Mancher trägt keine Seck/

Rhyth. Ist dannoch ein Esel vnd Geck.

Vel. *Multi sunt asini, nunquam saccis onerati.*
Sũt asini, & certe ante alios hoc nomine digni
In tergis quorum sarcina nulla fuit.

Vel. *Latores essent multo quam pondera plures,*
Si cuiuis asino sarcina danda foret.

Vel. *Ponderibus primi nullis onerantur aselli.*
L'asne est agile en ieunesse,
Pigre & lent en vieillesse.
Asellus
Est alacer primis, tardus venientibus annis.
Esel haben besser glück/als gelehrte Leut.

Vel. Ich nehm fürwar ein hand vol Gunst/
Vnd ließ dir ein sack vol Kunst.
Summa rudes asini rerum fastigia scandunt.

Maxi-

Maximus hoc illis tempore venit honos.
Et nisi sis asinus, nullum tibi nomen habebis,
Ac omni spretus destitueris ope.
Dentibus antiquitas solitus producere pelles, Martial. lib. 9.
Et mordere luto putre vetusq; solum:
Prænestina tenes defuncti rura patroni,
In quibus indignor si tibi cella fuit.
Rumpis & ardenti madidus crystalla falerno,
Et puris domini cum Ganymede tui.
At me litterulas stulti docuere parentes:
Quid cum Grammaticis Rhetoricisq; mihi.
Frãge leues calamos, & scinde Thalia libellos,
Si dare Sutori calceus ista potest.

Auarus, aua ...

Het der Geitzig die gantze Erden/
So möcht ihm doch genug nicht werden/
Drumb er auch bey seym grossen Gut/
Allzeit hat mangel vnd armut.

Nulla ditari ratione potestis auari, Rhyth.
Vos faciunt inopes, quas cumulatis opes.
Si foret vnius mundi complexus auari, Vel.
Non sat huic, & inops ipse maneret opum.
Parcus api simili, studio qua complet inani. Vel.
Vascula, mox alio diripiente fauos.
Æstimat esse parum sibi, quidquid habet cor Rhyth.
auarum.
Crescit indulgens sibi dirus hydrops. Horat.
Nec sitim pellit, nisi caussa mo bi,
Fugerit venis, & aquosus albo
Corpore languor.

Je lenger hie ein Mensch lebt/

Je mehr er noch gelde strebt.

Quādo tous autres pechez laissent l'hom vieux,
Seule auarice vient es lieux.

Cætera quando senem miserum peccata relinquunt,
Quæ nunquam sat habet sola cupido viret.

Vel. *Omnia de nobis anni prædantur euntes,*
Sola viris senibus crescit auaritia.

Vel. *Auri sacra fames, & amor sceleratus habendi*
Assolet in primis excruciare senes.

Wer reich vnd geitzich ist allzeit/
Hat wider raum noch sicherheit.

Horat. Sat. I. *Non vxor saluum te vult, non filius, omnes*
Vicini oderunt, noti, pueri atq; puellæ.
Miraris, cum tu argento post omnia ponas,
Cur nemo præstet, quem non merearis, amorem.

Plus est cornu que cerf rame,
Ciche homme si il cuy de estre aime.

Cornigeris est cornutus magis Euclio ceruis,
Si se vicinis esse in amore putet.

Was sol Gelt / daß nicht wandert durch die Welt.

Ouid. *Quo mihi diuitiæ si non conceditur vti?*
Quid mihi fortuna tantum? quid regna sine vsu?
Quid nisi possedi diues auarus opes?
Sic aret mediis taciti vulgator in vndis,
Pomaq; quæ nullo tempore tangat, habet.

Auctoritas.

Am ansehen alles gelegen ist/

Drum

Drumb sehe daß du darmit verzehret bist. *Viuesi.*
Auctoritas rerum gerendarum telum. *Vel.*
Ardua maiestas præstat, telumq; gerendæ
Ipsa rei est, vires consiliumq; iuuat.

Audacia & animositas.

Wers wagt vnd dapffer hin ein setzt,
Wird offt mit grossem gewin ergetzt.
Aude aliquid, iuuat audentes fortuna, bonisq;
Auget, at ignauis dat timidisq; nihil.
Egregiũ ille sibi decus, & lucra ampla parabit, *Vel.*
Maxima qui læta mente pericla subit.
Audendum est, fortes adiuuat ipse Deus.
Die besten Schwimmer vnder den hauffen,
Pflegen am ersten zu ersauffen
Sæpe natatores submerguntur meliores. *Tibull.*
Non raro mediis misere merguntur in vndis, *Rhyth.*
Qui bene se solos posse natare putant. *Vel.*
Vnda natatores solet absorbere peritos: *Vel.*
Qui timet, in ripa, crura, manusque lauat.

Audire auditus.

Biß schnel das du jede red verstast,
Biß träge daß du fremde außlast.
Alterius cupide quem vis cognoscere voces,
Auditas tarde commemorare, decet. *Vel.*
Proditor esto piger, verbi quod protulit alter,
Vt capiatur, erit mens celer vsq; tibi.
Sis audire celer, tardus sis promere voces. *Vel.*
N'escoutes iamais les harengues,
De ceulx qui portent doubles langues.
Ne præbe placidas horum sermonibus aures,

In quorum latitat gutture lingua duplex

Il ne feroit nul mesdisans,

S'il n'estoit nuls mal escoutans.

Si maledicenti patientem accommodet aure

Nullus, vix ullus qui maledicat, erit.

Auis.

So du ernehrst ein vögelein/

Sein koht wirdt dein belohnung sein.

Rhyth. *Qui volucrem nutrit, pro munere stercus habebit.*

Vel *Qui pascit, mutoque docet proferre volucri*

Ore sonos, hic pro munere stercus habet.

Vel. *Qui genus erudiunt, pascuntque volucre, labo*

Quæ tandem capiunt præmia? stercus ela

Weiche vögelein haben weiche schnäbelein

Rhyth. *Sunt auium pullis præmollia rostra tenellis.*

Vel. *Mollia sunt iuuenum cunctorum rostra volucrum.*

Aula.

Wer zu Hoff ungebetten gehet/

Billig hinder der thüren stehet.

Rhyth. *Stabit post valuam non inuitatus in aulam*

Vel. *Non inuitatus si quis temerarius aulam*

Principis ingreditur, post latet ille fores.

Vel. *Vt ro magnanimi subiens Herois in aulam*

Limina portarum, stet sedeatve prope,

Wer nichts kan dan fromigkeit/

Zu Hoff hat der schon sein bescheit.

Rhyth. *Parens virtuti, nescit modo regibus uti.*

Vel. *Heroum quicunque volunt ascribier aulæ*

Rari cultores integritatis erunt.

Qui

Quisquis solius captus virtutis amore est, Vel.
In domibus regum non habet ille locum.
Wiltu haben ein guten tag/
Alßbald auß Herrn Höffen dich mach.
Si placidam gratam q; Deo traducere vitam
Expetis, Heroum linque repente domos.
Regum sollicita quicunque senescit in Aula, Rhyth.
Aut fuit, aut semper postulat esse miser. Item.
Ferre moras, moderari iram, contēnere risus,
Dura pati, quosuis aulica vita docet.
Heritage n'est seruice de court,
Ce qu'on y gaigne, peu vault, ou dure court.
Aulæ fluxa fides, eius vel inania, vel sunt
Temporis exigui qualiacunq; bona.
Donec alat canos si quem tenet Aula tot annos, Rhyth.
Mercedem speret qualem canis æger haberet.

Aulæ delicias Huttenus eques carmine iuxta literarum seriem descripsit, quod quia apprime elegans, huc libuit asscribere.

Aula eadē est omnino fides, quæ mobilis auræ.
Blanditur facie, post mordet ceu scorpius Aula.
Consiliis raro melioribus vtitur Aula.
Dissimulet regnare diu qui poscit in Aula.
Exsultat integritas, pietas & candor ab aula.
Ferre moras, iramque frenare, docemur in Aula.

Grande Sophos ridere bonos censetur in Au.
Horrent vera loqui, cupiunt qui crescere Aula.
Inuidiam qui ferre nequit, discedat ab Au.
Κύρις, *qui senuere canant*, ἐλέησον. *in Au.*
Languent virtutes, scelus omne at regnat Aula.
Munerib. mentes hominũ capiuntur in Au.
Nugas Aula leues, & fumos vendit inanes.
Otia quisquis honesta cupit, discedat ab Au.
Porta Erebi in terris Aula, & tua Tan poena est.
Questus adulari, & mẽtiri est primus in A.
Rara auis in toto vere pius Aulicus orbe est.
Sinceris & simplicibus væ semper in Aula.
Turpe senex, & inops quando incolit aul. Aulam.
Vitæ dissi ilis methodus bene dicitur Aula.
Xanthe retroibis erit quando constantia Aula.
Ydra aula est capitum multorum horren venenis.
Zenones, f tu sunt atque Thrasones in Au.
Selig ist der Man furwar /
Der seinẽ Landtherrn nur einmal sicht jm jahr.
Qui semel in toto Dominum nisi cõuenit an subditus, hinc felix, carus eritq; magis.
Nach befreund / vnd weit beherr /
Manches vnglück auß dem Hause kehrt.
Fac prope vicinos habeas, Dominoq; remot

Subii

Subiectus felix si cupis esse, mane.
Vicinum torret, longinquum non iuuat ignis, Ranzo.
Sic neutro potis est, Aula iuuare modo:
Ni nimiũ semotus eris, nimiumue propinquus,
Vtilis ignis erit, proderit Aula ducum.

Auxilium.

Wer hülffe bedarff/der ruff zu Gott/
Er verlast ihn in keiner noht.

Is debet quæri, qui vult q; potest q; mederi, Rhyth.
Quidquid & exterius, languet & interius.
Ad Dominũ quoties premeris tua vota leuato Vel.
A Domino auxilium, non aliunde feres.
Auxiliũ à Domino miseranda sorte grauatus Vel.
Posce, tibi promptam porriget ille manum.

Kein angst wird so groß/
Gott kan geben hülff vnd trost.

Nullius est, nec erit tantus discriminis angor,
Quin queat ipse Deus ferre rogatus opem.
Tristis es? vrgeris? nec habes solamen in orbe? Vel.
Protinus ad Christum confuge, tutus eris.
Tam graue nemo hominum seruat sub pectore vulnus, Vel.
Quin Christus modica tollere id arte queat.
Fors aduersatur tibi, discrimenq; minatur, Rhyth.
Atq; repentinam monstrant tibi fata ruinam?
Nunquam desperes, etsi quasi perditus hæres,
Sed supplex ora, dabitur tibi mitior hora.

Bien est de Dieu abandonne,
Qui à tout mal est addonne,

Si te des vitiis pulcra virtute relictæ,
Illico diuina destituens ope.

Dieu vient son aide nous bailler,
Alors qu'il nous voit trauailler.
Dum pater æthereus nos cernit adire labores,
Auxiliatricem dat citius ille manum,
Ergo. Aide toy, puis Dieu t'aidera.
Vel. Ipse tibi fer opem, Deus afferet ipse salutem.
Nam. *Si tibi subuenias, & opem experiere Tonantis.*
Manum admouenti sunt vocanda numina.
Kein recht so grot/
Es hat hilff von noht.
Bon droict a bon besoing d'ayde.
Indiget auxilio vel bona caussa bono.

Beatitudo beatus.

Wol dem Menschen der fern ist
Von der Welt Händel/ vnd list.
Horat. *Beatus ille qui procul negotiis.*
Catul. *O quid solutis est beatius curis?*
Hetten wir alle einen glauben/
Gott vnd den gemeynen nutz für augen/
Guten frieden/ vnd recht gericht/
Ein ele/ maß/ vnd gewicht/
Eine müntz vnd gut gelt/
So stünde es wol in aller Welt.
Si foret una fides, pietas simul omnibus una,
Numinis æterni qua celebretur honos:
Vnus amor pacis totum si temperet orbem,
Vnæ si leges legitimæque forent:
Vna moneta, modus quo mensurantur omne
Pondus idem, certe hæc vita beata foret.
Das ist eine seelige Statt/
Welche weyse Regenten hat
Felicissima quæ regitur sapientibus urbs.

Est sapientes qua dominantur in vrbe beata. Rhyth.

Bellum.

Wem Krieg vnd vnruh wol behagt/
Liebt Jesum nicht/ ob ers gleich sagt

Martem quisquis amat, non verus amator Iesu est,
Hic siquidem pacem suadet, at ille necem.
Iesu cultor amat pacem, Martisque ministri Vel.
Bella, ergo nullus seruit vtrique simul.
Miles amans belli facit omnia iure duelli, Rhyth.
Ludit, scortatur, spoliatque, cruore beatur.
Ah miserũ est rigido cum milite ducere vitam, Item.
Qui putat armata cuncta licere manu.

Es ist offt auß einem schlechten wort/
Entstanden krieg/ vnd grosser mord.

Fit lis ex minimis interdum maxima verbis. Rhyth.
Ira parit litem, lis prœlia, prœlia mortem. Item.
Maxima de paruis fiunt incendia flammis, Vel.
Vnica vox crebro bella necesque parit.
Grandia scintillæ præbent incendia parua:
Voce super minima classica ad arma vocãt. Vel.

Il n'est pas depire combat,
Que plusieurs mains à vn plat.

Pluribus in patina, vix pugna nocentior vlla.

La guerre est douce à ceux,
Qui ne l'ont pas tastee,
Mais qui l'a goustee,
Herissent les cheueux,
S'il void luire vne espee.

Dulcis inexperto bellum res esse putatur,

Exper-

Expertus cernens arma micare, tremit.

Pindar. Γλυκὺ πόλεμος ἀπείροισιν.

Suaue bellum inexpertis.

Beneficium.

Pour plaisir faire, & seruir toute gent,
D'un cueur ardant, sois prompt & diligent
Belle de cunctis studio teneare merendi,
Quantum vel vires conditiove sinent.

Bonum.

Das Gut kompt schwer an/
Wird langsam gelehrt vnd gethan
L'homme en vices chet tressoudainement;
Mais en vertus se dresse lentement.
Protinus, & vitiis nosmet consuescimus vltr
Lenium ad virtutes dirigimusq; gradum

Virgil. *Facilis descensus Auerni,*
Noctes atq; dies patet atri ianua ditis;
Sed reuocare gradum, superasq; euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est.

Qui le bien voit, et le mal prend,
Fait folie en bon escient.
Qui bona cognoscit, nec eorũ commoda carpit
Se fatuum monstrat, corde volente, virum

Il n'est seruir que souuerain,
Ne laid nom que d'homme à honty,
Ne manger que quand on à faim,
N'entrepinse que d'vng hardy,
Ne pauurere que maladie,
Ne hanter que les bons & preux,

Ne mai

Ne maison que la bien garnie,
Ne chere que d'homme ioyeux.
Seruitium nullum praestat seruire supremo:
Effeminis nihil est nomine turpe magis.
Mandere, dira fames, gratum, redditq; suaue:
Magnanimi solum prouida cœpta placent.
Maxima paupertas, morbus, solumq; putādus:
Veras adesse bonis, vsus amicitiæ.
Nec laudanda domus nisi custodita decenter:
Iucundi solum potus & esca sapit.
Du bien le bien, du mal le mal, tout temps,
Du sac ne sort que ce qui est de dans.
Sunt bona caussæ boni, mala sunt & origo malorum,
Nil nisi quod latuit vase patente, fluit.
Egreditur nihil ex sacco quod non fuit intro. Rhyth.
Qui a à faire à gens de bien.
Il ne se soucie de rien
Si tibi cum iustis res est in pace quiescis.

Butyrum.

Qui va en Flandre sans cousteau,
Il pert du beure maint mourceau.
Ne tibi sit culter Flandras dum tendis in oras,
Buccellis butyri destituere bonis.
Est similis stulto qui mandere vult sine cultro. Rhyth.
Dem kalten ist die Butter wider/
Die laxirt/lindert die glieder.
Et lenire potest butyrum, & subducere ventrē,
Ni sit febricitans, vnicuiq; bonum est.

Calumnia.

Laste

Lasteren ander that ist ein gering sach/
Nachthun bringt vngemach
Vel. Ein ding ist balder gestrafft/dan nah geth
Rhyth. *In cantu volucres deridet garrula omnes,*
Cum sit iis peior, voceq; deterior.
Seneca. *Facile est alienam carpere vitam.*
Vel. *Carpere procliue est cuicunq;, imitarier apti*
Qui queat, ex multis vnus & alter erit.
Vel. Μωμήσεταί τις μᾶλλον, ἢ μιμήσεται.
Carpet citius aliquis quam imitabitur.
Ne sois d' autruy meldisant detracteur,
Ny des ses faictis meschant accusateur.
Dente Theonino quenquam rosisse caueto.
Vel. *Turpe putes dictis alienam incessere famam,*
Crimina quæ scieris iustius illa teges.

Calliditas & astutia.

Mans list ist behend/
Frawen list hat kein end/
Selig ist der Man/
Der sich für Frawen list behüten kan
Rhyth. *Adam, Samsonem, Loth, Dauidem, Salomonem*
Femina decepit, quis modo tutus erit?
Item. *Prima virum primum mulier deiecit ad imum*
Vel. *Calliditas est magna virũ, genus at muliebre*
Mille modis, & plus mille, virile trahit:
O nimium felix, & terq; quaterq; beatus,
Quisquis femineos effugit arte dolos,

Cantus.

Es ist kein schöner Music
Dan so der Mensch jnnerlich ist gesic.
Viues. *Harmonia interna.*

Sis ſemper conſtans, neue huc mouearc nec illuc,
Curam concentus pectoris intus habe.

Stetige frewd / kürtzer zorn / weins beger /
Seind zeichen zu kennen ein guten Sänger.

Gaudia longa, breues ira, vini cupido,
Noſcere cantorem, ſint tibi ſigna, bonum.

Manches müd nit wil ſingen oder ſchwetzē /
Er muß zuuor den hals wol netzen.

Cantillat melius colluto gutture gallus. *Vulgo.*
Muſicus vt grato fauces madefecit Iaccho, *Vel.*
Incipit & gratos promere ab ore ſonos. *Vel.*
Efficit ex imo dulces decurrere voces
Pectore ſi bene ſint colla rigata mero.

Muſique n' eſt pas conuenable
Auecques pleurs, ne delectable.

Muſica depellens triſtes de pectore curas,
Secum vult nullum fletibus eſſe locum.
Vt releuet miſerum fatum, ſolitoſq; labores *Item.*
Aeui, ſit dulcis Muſica noſter amor.

Caput.

On dit quand le chef eſt enferme,
Il n' y peult auoir membre ferme.

Dum caput afflictum, languent ſimul omnia membra. *Vel.*
Cum dolor afflixit capitis penetralia noſtri,
Cetera qui poſſunt membra valere bene?

Mitre precieuſe,
Et teſte vicieuſe.

Tegmine ſub pulcro perſæpe caput vitioſū eſt.
In eburnea vagina plumbeus gladius, *Vel.*

Ἐν ἐλε-

Ἐν ἐλεφαντίνῳ κολεῷ τὸ μολύβδινον ξίφ[os]

Casus, ruina.

Bistu hoch gestiegen mit wunder/
Mit grossem schaden fälstu herunder.

Rhyth. *Si gradus est altus, grauior fiet tibi saltus.*

Publ. *Excelsis multo casus facilius nocet.*

Vel. *Qui petit alta, facit multi admirentur vi[...]*
Sæpeq; cum damno tendit ad ima suo.

Vel. *Labenti ex alto grauis est metuenda ruin[a]*
Excelsis etenim casus obesse solet.

Claud. *Tolluntur in altum,*
Vt lapsu maiore ruant.

Als du sehes einen der da falt/
Lach nicht/mitleiden mit ihme halt.

Alterius casus risus tibi nullius vnquam,
Communis potius caussa doloris erit.

Vel. *Labi quem cernens, mentem miseratio tang[at]*
Auxiliatricem desq; repente manum.

Qui du danger son pied retire,
Soudain du sainct vient se rire,
Passato il pericolo, gabbato il sancto.

Casibus ex ipsis qui se in loca tuta recepit,
Mox ridet sanctum, qui fuit ante Deus.

Castigatio, Correctio, reprehensio.

Wen Gott der Herr thut lieben/
Den will er hie mit Creütz vben.

Rhyth. *Visitat hos homines Christus, quos diligit.*

Vel. *Quotquot amat Deus, & supera quos de[...]*
aula,
Hos lacrymis, morbis, verberibusq; pr[...]

Per varios casus, per mille pericula rerum, Vel.
Tendimus ad summi regna beata poli.
Quos pater ætherius dulci est cõplexus amore, Vel.
Hos gemitu ac damno supplicijq́; remit.
Hastu einen Sohn/ straff ihn mit der ruth/
Wan er vnrecht vnd sünden thut/
So du ihm låst seinen willen nach/
Du sünd verdienst vnd Gottes rach.
Si tibi sit natus, virga ne parce, sub annis
Pubertatis adhuc, dum mala vita sua est:
Quem si permittis vetitis affectibus uti,
Falleris, & pœnas experiere graues.
Gott schlug nie keinen man/
Er streich ihm wider gesund salben an.
Quem castigat amat, cæsis sua pharmaca præbet,
Dat bona; nudatis non peritura, Deus.
In terris quicunque Dei fert verbera lætus, Vel.
Ille beatus, & huic certa parata salus. Rhyth.
Cũ furit atq; ferit Deus, olim parcere quærit:
Diligit ille pios cum sæpius admonet illos.
Der hat sein Kindt lieb/
Der es vmb böß mit ruthen hieb/
Je lieber Kindt ie scharpffer ruth. Item.
Filiolum genitor virga quem negligit, odit,
Sed quem mater amat, cædere sæpe solet.
Peccantem puerum quisquis non corrigit, odit. Muret.
Celui qui aime son enfant,
Il le doibt chastier souuent.
Sæpius, immo hoc castigabitur acrius infans,
Est quo carior, in deliciisque magis.

Filio-

Nam. *Filiolum multo satius quam flere parente*
Rhyth. *Non amat hic puerum, qui raro corrigit i*

Ein guten freund straff du allein/
Wilstu loben jhn/ thus vor der Gemein

Auson. *Clam coarguas propinquum, sed palam lau-
ucris.*

Bey zeit magstu das krummen wol/
Das zu eim Haack wachsen sol

Rhyth. *Curuetur truncus cito si vis crescat vt v*
Vel. *Tempore facramum si ētas si crescet in*
Vel. *Est arbuscula, non truncus curuandus m
cum.*

Cauere, cauenda.

Wer sich hütet für misset hat/
Der rechte tugend an jhm hat.

Rhyth. *Est virtus vere semper malefacta cauere.*
Vel. *Sedulus à vitio quisquis sibi temperat, ill
Vera virtutis laude vehendus erit.*
Vel. *Qui cauet impuro ne se vitio inquinet vl
Solus erit iusti dignus honore viri*

Drey ding zu vermeiden bist bedacht/
Falsche freund / arg Weib / vnd böse G
schafft.

*Fictus amicitiæ cultor, mala femina, praui
Iura sodalitii sunt fugienda bonis*

Laß den Edelleuten jhr Wilprät/ den B
ren ihre Kirchwey/
Den Hunden ihr Hochzeit / so bleibstu vn
reufft vnd von schlagen frey.

Festa canum, turbanes adi conuiuia agr

Linque feras pellis si tibi cara tua est.
Hůt dich für Sünd vnd ehrlose that/
Nim offt mit weisen raht/
Farstu in Sünden fort/
Verachtes Gottes wort/
Lads du seinen zorn auff dich/
Vnd Wirst verdampt ewiglich.
Peccatum, famámq́; caue nocitura, bonorum
Vtere consiliis sic eris ipse bonus.
Ne peccare sinas, Christi nisi iussa facessas,
Illius est ira, & styx metuenda tibi.
Alte Affen / vnzüchtig klaffen / vngezämpte
Bären/
Solt niemand in sein Hauß begeren
Simiam anum, obscœnúmq́; hominem sermonis, & vrsum,
Nemo domi secum poscat habere diu.
Os obscœna loquens, ferus vsus simia prudẽs, *Rhyth.*
Subsunt imperio dæmonis illa malo.
De plusieurs choses Dieu nous garde,
De toute femme qui se farde,
Aussi fait le froid.

Luces crescentes faciunt decrescere sepes.

Vel. *Accrescente die, sepes decrescit in hortis.*

Cathedra S. Petri.

In Petri Cathedra glaciæ si stringitur vnda,
Non perit ante dies hæc quater atq; decem.

S. Matthiæ festum.

Rhyth. *Bis sextum sextæ Martis tenuere Kalendæ,*
Posteriore die, celebrantur festa Mathiæ,

Item. *Post sacra Matthiæ glaciem super ire verere*
Vnibus, ne vitæ damna det ipsa suæ

Item. *Horrida Matthiæ fuerint si frigora festo.*
Post eadem multos sunt toleranda dies.

Item. *Matthias glaciem frangit si inuenerit illam:*
Ne frangat, magis vt firma sit illa, facit.

MARTIVS.

Primus mensis vernus qui olim annum auspicabatur.

Ment. *Martius ingreditur, Martis de nomine dictus*
Cuius, vt annales perhibet, fuit inclyta pro-
Romanus [illegible] pater hunc accepit [illegible]
Nunc [illegible] vetus, quo gignere silua [illegible]
D[illegible] explanat tempus: nam silua [illegible]
Est glacies qua nunc verso parit ordine [illegible]phum:
Nunc quoq; montanis labens de rupibus [illegible]nes
Nix onerat, tellusq; gelu durata lutescit.
Deposuit canos, atq; oracula [illegible]
Pubescitq; iterum Zephyrus vitalibus [illegible]
Peruolitat campos, & mille coloribus arua
Pingit: apes gaudēt iam silua repullulat, [illegible]

Iam fruticant prolisq; domos metatur hirundo;
Indigenis [illegible] volucres, & [illegible].

[illegible] Martij

Mars arbusta putat, luces cum noctibus aequat,
Nauigat, ingreditur balnea, sulcat agros.

Præcepta de valetudine conseruanda in Martio.

Balnea nunc, rugas, ventosa pharmaca suder,
Humores purgent, sit [illegible]:
Aerem ama tepidũ, vinum moderatius hauri:
Sitq; modus Veneri, dant si [illegible] illa senem.

Syllabæ K[illegible]

Suviber, & Hadria, Thom de Aquino, Gregori, Long, Her.
Gertrud, Iose, Bene. dicunt Mariæ genetrici.

Syllabæ Ka[illegible] deleniæ

Martius Adriano narrat, atq; Gregorio,
Quod Gertrudis, & Benedictus Annuntiant virgini.

Au commencement ou à la fin,
Mars à son venin.

Principio sua fine ve Mars aconita propinat.

Prognostica vers.

Ver nobis hœdus petulant, & garrula hirundo
Indicat, atq; sinus lactis & herba virens.

Mars venteux, & Avril pluvieux,
Font le May gay, & gracieux.

Si Mars ventorum, pluuiæ sit largus Aprilis,
Efficient Maio gratum [illegible].

S. Gregorius.

Cum

Cum tua lux redijt votis optata Gregori,
Et iam iucundis flatibus aura tepet:
Tum redit & volucris longis inuisa colubris
Quæ solet in pinna nidificare domos.

Oculi.

Circa oculi velox deponit cornua ceruus,
Infigens duris fortiter arboribus.

APRILIS.

Secundus mensis vernus.

Ouid. *Aprilem memorant ab aperto tempore dictum*
Mant. *Aprilem Veneri sacrum fecere Quirites:*
Quod Venus Æneæ genitrix, quod condidit vrbem
Romulus Æneades Quod vero semina rerum
Omnia, tellurem, fruges aperiret, & annum,
Nominis id mensi fecit Romana vetustas.

Actiones, & studia Aprilis.

Aprilis late celebrat Paschalia, mandat
Corpora purgari, iamq́ patescit humus.

Præcepta de valetudine conseruanda in Aprili.

Prolifica, in terra vt crescit natura, vigescit
Turget, & augmentum sic quoq́ sumpsit habet:
Hunc igitur minuas, sis frugi, rura frequentes,
Insectare feras, insere, arato, sere.

Syllabæ Kalendarij carmine descriptæ

Aprilin Ambrosius festis ouat, atq́ Tiburti
Rudolphi, Salu, Sime, Georg, Marciq́...

Syllabæ Kalendarij soluta oratione descriptæ.

Aprilis Ambrosio gaudet, cui Martyr Tiburtius
Prædicat mox futuram Marci stationem.

S. Marcus.

Ante diem Marci strepitū quot rana diebus
Edit, post illum tot quoque muta silet.

Indicia fertilis anni.

Mars aride, Auril humide,
May vn peu froid, & venteux,
Denotent l'an bon, & planteureux.
Tum bonus est annus, feliciter omnia crescūt,
Replentur cellæ, ac horrea læta simul:
Martius exsiccat cum terram, humectat Aprilis,
Frigidulum, & ventos, aera Maius habet.
Annee neigeuse, annee fructueuse.
Vberis ipsa frequens anni prænuntia nix est.

De festo Paschæ.

Mos erat Hebræis, & lex in vertice Sinæ *Mant.*
Tradita constituit Lunam, quæ frigore pulso
Duceret æquidij placidissima tempora verni,
Primam anni Lunam esse noui, qui festa gubernat:
Annus.n. duplex Solymis: Ver inchoat vnum,
Alter ab Autumno ducit primordia, quando
Maximus à primæ processit origine mundus:
At cum Luna eadem completo cornua circo
Iungit, & orem cat toto, solemnia fiunt
Inclyta, quæ Pasch nominat Iudæa vetustas.
Pascha vocant nostri corrupto nomine, & istā
Iudaicæ mendam tulit ignorantia linguæ.

Iste

Iste tamen fluxit Graijs à gentibus error,
Qui quod nos patior. πάσχω dixere: putabant
Quod Mesiam passum audiuerant ea tempora circum.
Nomen id exortum: nostro Pasch dicitur et
Transitus, hoc nomen si clades Ægyptia fuit.

De festo Ascensionis.

Item. *Luce quaterdecima sacra post solennia Pascha*
Christus adit, terris: cælestiá regna, relictis:
Atq; id ab ascensu traxit cognomina festum.

De festo Pentecostes.

Cum soles auroræ decem super addidit, adsunt
Tempora diuino quæ sunt illustria vento,
Et decades luci fecere vocabula quinq;.

De festo SS. Trinitatis.

Prima dies solis trino est sacrata Tonanti.

De festo S. Sacramenti.

Prima Iouis, clausi panis sub imagine Christi.

MAIVS.

Tertius mensis vernus dictus à Maioribus teste Ouidio

Hinc sua maiores tribuisse vocabula Maio
Tangor, & ætati consuluisse sua.

Exercitia Maij.

Maius venatur flores, cogitq; bataprum,
Aduentu recreat cuncta creata suo.

Præcepta de valetudine conseruanda in Maio.

Nunc epulis, cantu, fl'ebris, sorijsq; iocosis
Te recrea, mulsum, vinum, & aromata ...

D...

Dispatiare, laua, vxoremq́; amplectere, cordis,
Hepatis, & capitis sanguine vena fluat.

Syllabæ Kalendarij carmine descriptæ.

Philip, Crux, Quiri, Ioq; latinus, Mam, Pa, Ser, & Soph, (gan.
Maius in hac serie tenet Vrbanum, Guil, VVi-

Syllabæ Kalendarij soluta oratione descriptæ.

Philip, Cruce inuenit, obtruncatur Pancratius,
Hunc post dies non ita multos, Vrbanus consequitur.

En May ble, & vin naist.
Maius frumenti pater est, genitorq́; Lyæi.
Il ne sçait que c'est de vendre vin,
Qui n'attend de May la fin.
Ignorat proprium quid sit venundare vinum,
Qui May finem non videt ille prius.

S. Philippus & Iacobus

Quando Iacobe dies tuus est, & sancte Philippe,
Nil segeti duro frigore peius erit.

De Cancro.

Mensibus his cancer bonus est, in nomine quorum
Deficit, R, pueris, littera nota, bonis.

IVNIVS, Brachmonat.

Primus mensis æstiuus, dictus a Iunone. Ouid.
Iunius à nostro numine nomen habet.

Idem in fastis à Iuuenibus dictum scribit.

Iunius à iuuenum nomine dictus adest,

Exer-

Exercitia Iunij.

Iunius arma gerit, tondet, solemq; moratur,
Dat segeti spicas, & bona mella legit.

Præcepta de valetudine conseruanda in Iunio.

A rebus calidis motu vehemente, lauacris
Nũc caue: frigida edas, venã aperire caue.
Dilue vinum, horam somno impertire diurno,
Hinc tibi viuaci membra vigore valent.

Syllabæ Kalendarii carmine descriptæ.

Nic, Mar, Eras, Boni, dat Iun, Primum, Ba. Cyrinum,
Vitus adest, Protas, Alb. sancti, Iohan, Io, Do. Le, Pe, Pau.

Syllabæ Kalendarii soluta oratione descriptæ.

Nicomedes Bonifacio ferrum reportat, Vitus segetem mox promittit Baptistæ, atq; Petro.

S. Vitus.

Lux sacrata Vito si sit pluuiosa, sequentes
Triginta facient omne madere solum.

S. Ioannes Baptista.

Baptistæ fuerit cum lux pluuiosa Ioannis,
Ingrati messis plena laboris erit.

S. Petri & Pauli.

Cum recolit Petri, Paulíq; Ecclesia sancta
Martyrium, radix frugibus emoritur.
Tunc maturescunt segetes noctesq; diesq;,
Approperatq; cito messis amica pedi.

IVLIVS à Iulio Cæsare dictus, qui & Quinctilis, quod Quinctus à Martio.

Hewmonat/ secundus mensis æstiuus.

Iulius est mensi nomen, quia Iulius isto
Lätus est Cæsar Martis sub sidere mense. *Mant.*

Exercitia Iulij.

Iulius indagat lepores, ceruosq́, rescindit
Farra, canes affert, frigidiore lauat.

Præcepta de valetudine conseruanda in Iulio.

Pharmaca, secturam venæ, merum, aromata, thermas
Vitabis: Zythum mite, vetusq́, bibes.
Sint cibus asparagi, Lactuca, Cardama, Acetum
Mistum oleis, oua, & viscera fartasuum

Syllabæ Kalendarij carmine descriptæ.

Iul visit, Vlric adit, Kili, Fra, Bene, Margar, Apost, Al,
Arnulphus, Prax, Magda, Chri, Iac, An, Steph, Pa, Lup, Ab, Ger.

Syllabæ Kalendarij soluta oratione descriptæ.

Iam Maria affert messem, Cyrillus metet.
Vt Cererem in horrea Magdala, Iacobusque reportent.

Visitatio Mariæ.

Alma Dei genitrix quo tempore virgo Maria
Cognatam inuisit plena pudore suam,

Si pluit haud poteris cælum sperare serenum,
Transiucre aliquot ni prius ante dies.

Exordium dierum Canicularium.

Praxedis fert ipsa canes, Bartista reducit.
Rufe canes remoue, quas duxit Alexi' ad me

AVGVSTVS.

Augustus ab Augusto Cæsare, prius dictus Sextilis. Augstmonat/Obstmonat.

Tertius mensis æstiuus.

Augustus iam mensis adest, à Cæsare nomen
Transiit ad mẽsẽ, quod res sub principis huius
Auspiciis Romana foret sublimiter aucta,
Quod sedata illo ciuilia bella fuissent
Tempore, tunc etiam tellus Ægyptia nostras
Venerat ad leges. His plebs Romana Kalendis
Tus, costum, myrrhamq́ adolens [illegible] cilissam,
Ibat ad Augusti sublimem Cæsaris aram.
Dicitur hunc morem mutasse Syricius ille
Qui tenuit Petri causas, cymbamq́ [illegible]

Exercitia Augusti.

Exiuit Augustus [illegible] fert gaudia [illegible]
Dat pyra [illegible] mala, [illegible]

Præcepta de valetudine conseruanda Augusto.

Corporis ægroti [illegible]
Sanguinis ne venas [illegible] vetis.
Abstine [illegible]
Nec [illegible] Dominæ gratificare [illegible]

Sylabæ Kalendarii carmine descriptæ

Petrinctus, Iust. Dom, Trans, Aph, Cy, Ro, Lau, Ty, Clar, Hip, Eu,
Sump, Rochus, Hele, Bernard, Timo, Barptholo, Ruf. Aug, Col, Aucti.

Syllabæ Kalendarii soluta oratione descriptæ.

Petrus cathenis stringitur, dum Laurentius & Maria,
Ad cælos vocant cum Bartholomeo Iohannem.

Assumptio Mariæ.

Alma Dei genitrix qua luce assumpta putatur
Promittit Solis, suauia vina, iubar.
Quand il pleut an Aoust,
Il pleut miel, & bon moust.
Augusti pluuiæ sunt musti, & mellis amicæ.

SEPTEMBER.

September à septima classe quam à Martio obtinet.

Primus mensis autumni, Herbſtmonat, Gerſtmonat

Exercitus septembris.

Mustum Septẽber facit, Æquidiurnaq; reducit,
Semen humi iactat, mala, rumesq; quatit.

Præcepta de valetudine conseruanda in Septembri.

Indulge genio, medi[illegible] [illegible] sume, cruorem
[illegible] [illegible], [illegible] [illegible], laua.
Poma, [illegible], & aues prosunt: Sic Vina, Venusq;

Parce

Parce sumpta tamen. Nam nimium omne
nocet.

Syllabæ Kalendarij carmine descriptæ.

Ægidium Sep, habet, Nat, Gorgo, Protum,
Ma, Crucemq;,
Lambertum, Stach, Mat, Mau, Tec, Ru, C.
Cyp, Dami, Mich, Hier.

Syllabæ Kalendarij soluta oratione descriptæ.

Ægidi latus gaude, Maria nata est.
Crucem exaltant cuncti, Matthæo volat
uius Michel.

S. Ægidius.

In Venerem rapitur lasciuo corpore ceruu[illegible]
Ægidi, quando lux tua, Sancte, fuit.
Tum quoq; si Phœbus splendet fit copia vi[illegible]
Et secum Autumnus commoda multa tra[illegible]

S. Matthæus.

[illegible] animalibus designantur Euan-
gelistæ, quibus, & cur?

Mant. *Est Matthæus homo, Marcus leo, prima [illegible]*
Est volucris Lucas crescens in cornua [illegible]
Marcus enim regale aliquid, dignumq; [illegible]
Principio [illegible] sonat alta arcana Ioann[illegible]
Et penetrat [illegible] ignes visu, atq; [illegible]
Ingreditur [illegible] humi dum s[illegible]
Christum
Du[illegible] ab humano: Lucas velut hostia [illegible]
Duct[illegible] sacerdotum primis sonat orig[illegible]

Nota. *Poma dat, & dulces September [illegible]*
fructus,

Tum quoq; Caprino pascere lacte iuuat.
Si luna crescente legantur ab arbore poma, **Nota.**
Humanis remanent vsibus apta diu.

S. Michael.

Inuictus, verti linum, vellusq;, Michael
Protinus in lanam, post sua festa, iubet.

OCTOBER.

Secundus mensis autumni, **Weinmonat**.

Exercitia Octobris.

October noua vina bibit, comeditq; ferinam,
Fert frigus, frondes arboribusq; rapit.

Præcepta de valetudine conseruanda in Octobri.

Coctricē Raphanus flatumq; ciens, caro tauri,
Anseris atq; fera sint alimenta tibi.
Venam aperi, thermas adhibe, hac præterque columbis,
Gallina, & pomis vescere: musta fuge.

Syllabæ Kalendarij carmine descriptæ

Remigi, Franciscus, Marcus, Di, Ge, iungito Calixt,
Gal, Ma, Lucas, Max, Vr, Cor, Seue, Crispinus, Simon, & Quinct.

Syllabæ Kalendarij soluta oratione descriptæ

Remigi Frāciscus monet prouideas dura hiemi
Lucas iam pluit, Seuerinus flat, Simon gelat.

Indicium hiemis acerbæ

Florida nudatur folijs cum verius arbor,
Asperitas hiemis summa venire solet.

SS. Simonis & Iudæ.

Festa dies Iudæ prohibet te incedere nude.
Sed vult vt corpus vestibus omne tegas.

Item. *Festa dies Iudæ cum transiit atq; Simonis,*
In foribus nobis esse putatur hiems.

Rhyth. *Simonis, Iudæ post festum væ tibi nude:*
Tunc instant genti mala gaudia veste carenti.

NOVEMBER, **Wintermonat/ Schlagmonat/** à iugulatione pecorum. Tertius mensis Autumni.

Exercitia Nouembris.

Ligna vehit, celebrat Martini festa Nouēber,
Vescitur anseribus, pascit & ille sues.

Præcepta de valetudine conseruanda in Nouembri.

His mulsumq; & mella ferunt cōferre diebus
At tu sume Piper, vinaq; pura bibe:
Hinc Venus, algores, thermæ, secturaq; venæ,
Vitentur, firmet membra calore labor.

Syllabæ Kalendarij carmine descriptæ.

Omnis, Hubertq; Lenard, Qua, Theo, Mar, Cun, Brixijq;,
Friget Eliz, Præs, Cæ, Clemens, Cath, Con, Agri, Sat, And.

Syllabæ Kalendarij soluta oratione descriptæ.

Omnes sancti exultate, adest Martinus multis madidus,
Elizabeth profert Cathara amphor AN.

S. Martinus.

Si sol clarus obit Martino, nuntiat acrem
Atq; molestam hiemem, si nubilus aera mitẽ
Prædicat h bernũ, dant hæc prognostica natis
Pastores ouium cum seria fantur ad ignem.

A la sainct Martin, On boit le bon vin.

Circa Martini bibitur solemnia vinum,
Quod recreare suo corda sapore valet.
Festum Martini propinat pocula vini. *Rhyth.*
Festo Martini depromitur amphora vini. *Vel.*
Martinus liquidi seruat bona vasa falerni.

DECEMBER. **Christmonat/ Wolffsmonat**/ quasi luparius mensis. Primus mensis Hibernus.

Exercitia Decembris.

Venatur, mactat, tribulat, ninguitq; Decẽber,
Seq; lauat calida, Solstitiumq; facit.

Præcepta de valetudine conseruanda in Decembri.

Vtere aromatibus, victu calido, & vitulina:
Pingue, merumq; recens, fac moderatus ames,
Aere age in tepido, capiti quid sãguinis aufer,
Si potes, vxori debita solue lubens.

Syllabæ Kalendarij carmine descriptæ.

Eligi, Barba, Nico, Concep t D m , Lucia,
Lazarus, inde Thomas, Dago, Nat, Steph, Io,
Pu, Thomas, Sil

Syllabæ Kalendarij soluta oratione descriptæ.

Iam vellit Barbam Niclas, Concipit virgo,
Lucia confessa perit,

Thomas credit, Nascitur mundo DEVS.

Si l' hyuer estoit autre la mer,
Si viendra il à sa nct Nicolas parler.

Gestit hyems, quamuis vltra mare conditur antris,
Huc ad Nicolei festa venire sacri.

S. Lucia.

Post Crucis, & Cinerum, post Pente diem, atq; Lucia,
Proxima Mercurl fieri ieiunia mandat.

Nota. *Vltima lux tibi sit bene cõmendata Decẽbris,*
Cum praeunte die, cumq; sequente die:
Quando quae multos possint durare per annos
Ædificaturus cadere ligna voles.
Hac neq; putrescunt, neq; fiunt vermibus esca
Tempore durescunt sed magis atq; magis.

Natalis Christi.

Quando prata virent Natalis tẽpore Christi
Tum Pascha festo sub niue tecta latent.

Obseruatio.

Cum Luna crescente redit Natalis Iesu,
Annus consequitur fertilitate bonus:
Sin redit vt minui patitur sibi cornua Luna
Anno, sunt mala non pauca ferenda, noua.

De sedibus quatuor ventorum.

Asper ab axe fluit Boreas, fugit Eurus ab ortu
Auster amat medium solem, Zephyrusq; cadentem.

Duodecim ventorum nomina.

Flat subsolanus, Vulturnus, & Eurus ab ortu
Circius occasũ, Zephyrusq; Fauonius af...

E

E solis medio emergũt, Notus, Africus, Auster:
Conueniunt Aquilo, Boreas, & Corus ab alto.

Prognostica tempestatis.

Sero rubens cælum, cras indicat esse serenum.
At si mane rubet venturos indicat imbres.
Pallida luna pluit, rubicũda flat, alba serenat. **Item.**

PROGNOSTICA PERPETVA.

veritatis studio carmine conscripta.

Quandoquidẽ plerique putãt mendacia, nugas,
Somniaque, & si quid vanius esse potest.
Illorum libros qui nos ventura quotannis
Ingenij mira dexteritate docent:
Iccirco placuit numeris comprendere paucis,
Quæ fore declarant sidera certa poli.
Nec sunt vnius hæc anni Prognostica tantum,
Sed quouis eadem tempore vera manent.
Astrologi ne te sua per mendacia fallant,
Hac lege sunt placitis seria tecta iocis.
Hæc tibi monstrabunt nostri certissima secli
Prodigia, & rerum quis status esse velit.

CAPVT I.

Hebdomas vna dies septem, noctesque tot, annus
Bissenos menses, vt solet ante, dabit.
In quibus & pluet, & claro sol æthere surget,
Nunc calor infestus, nunc graue frigus erit.
At medio æstatis nix nulla timenda, nec æstu
Sol vret quenquam mox vbi Ianus adest.
Hac æstate nihil calidum magis igne futurũ,
Nec glacie hiberna frigidius quid erit.

Pascha die solis sacra post ieiunia primo
Nunc erit & carnes quisquis habebit, edet.
Octauoq́; die mundi Soteris ab ortu
Anni prima aderit lux celebranda noui.
Martini & Regum vesper celeberrimus anno
Hoc erit & Bacchi festus vbiq́; dies.
Cultores satis attentos Encœnia habebunt:
Vester erit pueris Nicoleiq́; sacer.
Cetera apud varios varia ratione colentur
Festa beatorum, munificiq́; Dei.
Aureus hoc anno numerus perrarus in arca,
Atque inopum loculis inueniendus erit.
Ecclipses Solis variæ, densæq; tenebræ
Sub brumam mediæ tempore noctis erunt.
Solaris cyclus quauis ex parte rotundus
Nominis ob causam quod sibi sumpsit, erit.
Hoc inopes supra regnabit Aquarius anno,
Ditibus eius erit lex metuenda minus.
Cum noua Luna, nouus veteri plus cometa mictus:
Gloria nam lacero, nec calor vllus inest.

CAPVT II

Scarificare bonum, venamq; incidere, ...
Quando valetudo postulat, vtile erit.
Ne tibi ruricola, Bacchi dum festa celebra...
Ventosas ponant, aut sua scalpra, ...
Balnea vere noto multum scabiosus ami...
Ingratum nec erit sæpe fricare cutem.
Hinc caueat digitorũ vngues præscindere ...
Hoc ad opus cum sint arma probata ...
Vina per æstatem sitientibus apta palatis

Semper erunt, hausta è frigidiore penu.
Conducet ergo, & stomacho suffulta lupinis
Tergoribus vestis, dum pigra sæuit hiems.
Mercator caueat peregrinas visere terras,
Ni bene sit numinis pera referta sibi.

CAPVT III.

Quattuor hoc anno Reges fera bella ciebunt,
Reginæ totidem conditione pari.
Quattuor his sese iungent famuli, famulæque,
Distinctæ nigris, purpureisque notis.
Suggeret incertus manib⁹ furor arma, ligones,
Lamellas vitri, corda, triphylla simul.
Pendebunt vario res in discrimine magna,
Nunc hunc, nunc illũ sors malè fida premet.
Hinc inimicitiæ gliscent, & iurgia sæpe,
Hinc infligentur vulnera, origo necis.
Plures exsurgent hac tempestate Monarchæ,
Qui dominari aliis & dare iussa volent.
Ancillas serui subigent, crebroque maritis
Ignaris, ipsæ subiicientur heræ.
Ælurus murem inuadet, lupus ipse capellam,
Ichnobates leporem, presbyter hæreticum.

CAPVT IV.

A morbis sibi si caueant sani vsque manebunt
Illustres, alias mors metuenda, viri.
Nobilium Abbates summam experientur in obbis,
Et vini vasis nocte dieque fidem.
In reliquis fides minus esse Abbatibus ipsos
Rerum vsus testis non dubitatus erit.

Fratribus Abbates imponent multa, minore
Quæ digito pigeat tangere velle suo.
Deniq; fratellis deerunt sua murmura nunquam
Abbatem contra, præpositosq; suos.
Hi tamen, illorum neglectis vocibus vsque
Viuent more suo, de meliore bibent.

CAPVT V.

Lac iunctum cerasis nisi plebs vitauerit alui
Profluuium crebro sentiet ipsa sua.
Hordea, triticeæ segetesq;, siligo, & aristam
Quidquid habet ratū per iuga montis erit
Fœcundo, pinguiq; solo succrescet vt ante
Consueuit, summi pro bonitate Dei.
Frumenti preciū tamen hoc variabit in anno,
Hoc quoq; continget tēpus in omne sequens.
Collibus apricis melior nascetur Iacchus,
Quam per conualles frigidiora loca.
Nulla cui vitis, nullas sibi colliget vuas,
Ni suffuretur, vina nec vlla premet.
Largius exhaustus musti liquor egeret infra
Et supra faces de locuplete penu.
Tanta mero virtus inerit secreta fateri
Vt multos cogat, spes iubeatq; ratas:
Vt reddat dites, in prœlia trudat inermem,
Ingenuas artes perdoceatq; rudes.
Hoc anno passim cereuisia densa coquetur,
Hordea si sumant mul a, parum sed aqua
Rapa nuces, malaque cepæ, & mespila nunquam.

Densius existent, quam per opima fora.
Calculus hoc anno quosuis cruciabit in aluo
Qui cerasa, aut etiam mespila tota vorant.
Cæci nil cernent, mutus nihil ipse loquetur,
Et surdus nullos hauriet aure sonos.
Nec choreas ducent quibus est grauis ipsa podagra
Nec feriẽt, quibus est sæua chiragra, Chelyn.
Vis erit in rapis soluendi magna crumenam.
Non auro inflatam, sed male olente sono.
Basia qui pulcris cupiunt dare grata puellis,
Allia ne comedãt, & graue quidquid olet.

CAPVT VI.

Iuridici nihil eijcient quod venerit ad se,
Ciuis cum clero munera grata feret.
Rustice si tibi caussa mala est, diffidere noli,
Ingem. annum, & melior caussa futura tua est.
Nõ spernent, mihi crede tuis ab ouilibus agnos,
Non linum, pinguis caseus aptus erit.
Anser, anas, gallus, pullus, gallina, butyrum
Efficient clausas nullius esse fores.
Heroum famuli villas, reditusq; parabunt
Maiores dominis principibusq; suis;
Nam tonsum tondere pecus, non desinet honũ
Pars maior, donec vellera diripiat.
Pictores, & cantorum genus omne tabernas
Sæpius inuisent, quam loca sacra Deo:
Nam sitis hos ingens toto vexabit in anno,
Quam magni poterunt vix releuare scyphi.
Hospitibus grati, nũmis dum frigida pera est,

Semper erunt, pulcris virginibusq; simul.
Mechanici paruo vendent mendacia, merces
Percare, lucri pro ratione sui.
Impediet contractus prompta pecunia multos
Nummorum atq; par sectio semper erit:
Audiet ob furtum molitor, textorq; sinistre,
Cum multis, quales tortor vtriusq; notat:
Turba tamen furum suberit tonsoribus ipsis
Maior, erunt sub eis sacrilegiq; viri.

CAPVT VII.

Artibus ingenuis studiisq; dicata iuuentus
Iucunde viuet, copia quam diu adest.
Omnibus absumtis, & si iniuria nulla
Sit inuecta, tamen saepe tenebit inops.
Sollicitus magis hospes erit qui possit habere
Debita, quam ipse studens liberet vnde sua.
Hoc anno parce cres. et doctrina per omnes
Pigrorum campos, raraq; messis erit:
Incultos siquidem linquent, loliumq; nec v...
Ex his euellent, nec bona farra serent.
Hos apud, ingenuas liceat deponere tuto
Artes, nam nullus quaereret inde sibi.
Clericus hoc anno magnis cum sumptibus ...
Missus in externas, pauca referre volet:
Mercator contra merces mercarier aere
Exiguo multas, per studiosus erit.
Sex tipedes vermes animalia fida studentum
Vestibus & membris, ni perimantur, erit.
Et paucos studiosorum reperire licebit,
Qui prorsus scabie corpora pura gerant.

CAP.

CAPVT VIII.

Hoc permulta quidē deerūt mortalibus anno,
Attamen inprimis hæc tria deficient:
1. Iudæi Christi siquidem qui dogma professi
Sunt, exercebunt fœnora fraude pari.
2. Clari nobilitate viri, nam rustica turba
Effera diuitiis, nobilis esse volet.
3 Atq; sacerdotes, namq; vnum sæpe videbis
Præbendas plures agglomerare sibi.
Multa senes pleriq; dabunt promissa puellis,
Et residebit adhuc corde senilis amor:
At braccæ custos longo iam membra labore
Fractus, militiam lassus inire timet.
Turba sacerdotū quoties præsentia larga est,
Templa Dei cursim propter habere petet:
Sublato lucro multi sacra cuncta negabunt,
Aræ frigebunt, nudus eritq; chorus.

CAPVT IX.

Vxores pleraq; super regnare maritos
Præsument, & eis seria iussa dabunt.
Concio non de lege Dei, sed habebitur illis
Post noctis medium, de ebrietate viri.
Pruritus muliebre genus vexabit & vret
Acer, in occultis, humidulisq; locis.
Candida quem (si sit vitio sine) sola fugabit
Virga, rubro summum picta colore caput.
Virga puellari nimium dilecta cohorti,
Virgaq; virgineo semper amata gregi:
Hanc cupient omnes: hanc amplectentur & vnam,

Hanc pro præsenti numine pæne colent.
Hac sine coniugibus nulli placuere mariti,
Dilexit sponsum sponsaq; nulla suum.
Si tamẽ omne malũ virga hac sanare nequibit
(Sæpe etenim docta plus valet arte malis)
Longior ex quercu fiat, maiorq; priore,
Virga, cutem sun. mã quæ fricet vsque bonum est.
Est omnis nudas paritura puerpera proles
Anno hoc, vox quarum prima doloris erit:
Attamen haud vllæ multumq; diuq; rogatæ,
Quænam sit fletus caussa, referre volent.

CAPVT X.

Debitor esse breuem, gnatus cui dura nouerit
Hunc annum longum plus satis esse feret:
Sæpe dies longissima curta videbitur his, qui
Lusibus indulgent, & bona vina bibunt.
Mercenario erit lux longa breuissima quamuis
Cum multis quibus est insita pigrities.
Vespere strata petent pleriq; libentius horis
Quam matutinis destituisse velint.
Tolle procos, nulla est siquidẽ tam regula firma
Quin breuis appendix subijciatur ei;
Excipe margones, pecudes qui nocte diuq;
Gratis emũt furũ hinc tollitur omne genus.
Est rerum metamorphosiis diuersa futura:
Vacca cauda tamen posteriora teget.

CAPVT XI.

Euentus belli varius, victoria lætos
Nunc hos, nunc illos, reddet adepta viros.
Mo-

Mors belli eiusdem socios non vna manebit,
Tormenti sphæras hic feret, ille crucem:
Tertius ense cadet, quartus terebrabitur hastæ:
Quinctum dira fames coget adire necem.
His pestis, scabies aliis Hispanica, multis
Hemorrhois erit, Phthiriasisq́ue grauis.
Plurima conflictus parient mendacia, quisque
Propugnare suam dum studet ore fidem.
Vitabunt pleriq; viri qui castra sequuntur,
Non queat vt caupo debitor esse suus.
Tantus amor multis, & tanta libido gerendi
Bellum, vt cum vaccis belligerare velint.

CAPVT XII.

Hoc anno permulta quidem miracula fient:
At mihi præcipuum commemorasse satis.
Magnus in Europa Regum de stirpe Prophetæ
Surget, ab exortu qui diadema geret.
In lucem nouus hic vates prodibit eodem,
Quo Paridis coniux dicitur orta, modo:
Vxores primo ducens ætatis in anno,
Vtetur variis vsque libidinibus.
Ante suo cursu quam sol perfecerit annum,
Ominis instantis præscius augur erit:
Vera canet, foliis magis indubitata Sibyllæ:
Immo etiam sortes vincet Apollo tuas.
Tantus erit Psaltes vt terreat ipse leones
Voce sua, & turpem cogat inire fugam:
At (quæ est impietas hominum) perferre nequibit.
Veridicum vatem barbara turba diu:

Insidias struet, & captum nudabit amictum,
Ignibus admotis membra necata coquet:
Cocta, truces hominum ô mentes, & nescia veri
Pectora, discerpet, denteque conficiet:
Nec facti dolor vllus, at hoc vix vate peremto
Vxores ductas quaeret, & interimet.
Quisquis es admoneo, nisi forte molestet videndi:
Multa fames, epulis talibus abstineas.
Quippe voratores mortem morientur ad vnum
Omnes, cunctorum terminus vnus erit.
Ecquis amabo neget, mirum & memorabile quiddam,
Quod niue candidius lac nigra vacca dabit?
Quid multis? gallina colore simillima coruo,
Ouum candidulum ponet & ipsa frequens.
Hac sequere, hac retine Prognostica candide lector,
Si cupidus veri es, si tibi certa placent:
Et lege fronte precor laeta, quos carmina nostra
Intacta referunt relligione iocos.

ÆNI-

ÆNIGMATA

LEPIDISSIMA, PARTIM à me, partim ab aliis conscripta. Plura toto libello disper-sa legentur.

Deus.

Dic mihi, quæ res sit cœlo sublimior ipso,
Celsior ætheriis sitq; putata locis:
Contingatq; lacus Stygios, manesq; profundos,
Occultum sit quo non meet illa nihil.
Longior immenso terrarum promicet orbe,
Latior æquoreis conspiciatur aquis.

De eodem.

Principium cunctis, cunctis do deniq; finem,
Ipse ego fine simul principioq; carens.

De eodem.

Quo cœlo cœlos mobiles,
Cœlo alta cœlo sidera,
Cœloq; terrestres Deos,
Omnes simul terras, mare.

Deus Pater.

Mater nulla mihi, nullus pater, ipse deorum
Atq; hominum solus sum tamen usq; pater.

Deus Filius.

Sum, quod eram; nec eram quod sum: modo dicor utrumque:

Mater

Mater homo; pater est mi sine fine Deus.

Deus Spiritus.

Nec gignor, nec gigno: sed exeo numine numen
De gemino: triplici est numine numen idem.

De eodem.

Matre carens, expers exsisto patris, quéque nati,
Ipse tamen nati spiritus, atque patris.

Christus θεάνθρωπος.

Dic vbi terra leuem cœli supereminet axem?

Responsio.

E terra verum corpus saluator Iesus
Assumpsit quæ nunc cœlos supereminet omnes.

Christus & Ioannes Baptista.

Postulat à seruo Dominus cœlestia iura,
Cum res in famuli non foret illa manu.
Præstitit officium Domino poscente minister,
Idque supra vires (dic mihi quid sit) erat.

Responsio.

Diuus Ioannes à Saluatore rogatus,
Vt sibi Iordanis sacra lauacra daret;

Christus Agnus Dei, & Leo de stirpe Iuda.

Omnia conueniunt in Christo, aptéque cohærent
Concordant vitæ dogmata sancta piæ:
Re tamen excepta quadam, quæ dissona sit
Vt distant ater candidulúsque color.

Responsio.

Hoc est quod passim vocat hunc scriptura leonem
Indomita multum qui feritate valet.
Ipse locis aliis mitem sic prædicat agnum,
Vt vix res secum discrepet vlla magis.

Aliud

Aliud.

Vir bonus, & iustus veræ pietatis amator,
Orabat reprobum supplice voce virum:
Quodque petebatur toto præstantius orbe
Munus erat, dedit hoc improbus ille bono.

Expositio.

Ioseph orabat Pilatum, vt Christum crucifixum sibi daret sepeliendum.

Aliud.

Dic quis certa Dei prompte mandata peregit,
Dumque hæc exsequitur damnatio contigit illi.

Responsio.

Iudas, cum Christus in cœna diceret, vt quidquid in animo haberet properaret efficere, parendo his iussis sibi condemnationem conciliauit.

Aliud.

Femineo ex vtero non est ille editus vnquam,
Pro tumulo gremium qui genitricis habet.

Responsio *Protoplastus Adamus.*

Aliud.

Virgo fuit cui vix dedit vna diecula vitam,
Cum nupsit pulcro non temerata viro:
Vt decies plenos Phœbe reparauerat orbes,
Coniugii casti pignora grata dedit.
Et prius excessit vita quam nata fuisset,
Hæc res offertur conücienda tibi.

Expositio.

Eua eo quo nata est die iungitur Adamo.

Aliud de eadem.

Nondum nata diem mox virgo nupta marito est.

Non-

Nondum nata annum femina mater erat.
Illa eadem nondum nata (admirabile dictu)
Femina, diflenda morte perempta iacet.
Dic mihi quæ fuerit mulier miranda? quis hæres?
Haud decet ignores, est Auia illa tibi.

Aliud.

Egregiũ iuuenem compellat femina blanda:
Et placido vultu talia verba facit:
Qui tu⁹ est genitor, genitor me⁹ est quoq; ca...
Quique meus pater est, est auus ille tuus.
Tu meus es verus natus, tua vera soror sum
Mater ego tibi sum, tu mihi frater eris.
Agnoscit iuuenis matronam vera locutam:
Dic mihi, qui fuerint femina, virq; rogo.

Eua & Aue.

Quod nos esse facit Satanæ, mortiq; ministr...
Inuerso saluos ordine reddit idem.

Aliter.

Dextra tulit toti malo mala plurima mun...
Læua sed econtra gaudia mille tulit.

Solutio.

Nos Satanæ, & morti peccando tradidit Eua,
Abstulit admissi crimina rursus Aue

Mosis cum populo Hebræo per mare rub... transitus.

Est fera aquis constans, referat quã lignea...
Venator capitur libera casse fera est.

Mathusalem.

Mors est cui gladius simul & victoria s...
Ex patribus viuo sæcula pœne decem.

Enoc.

Enoch & Helias.

Insuperas mater pueros nos edidit auras,
Et sumus humana conditione sati:
Nil tamen immites in nos po nere sorores,
Nil in nos habuit mors quoq; iuris atrox:
Viuimus, & similis veniat tibi vita precamur
Nomina si nescis nostra, require cito.

Vxor Lothi in statuam salis mutata.

Dic quis peccauit contra præcepta tonantis
Alma Dei, & superis tandem concessit ab oris:
Nec tamen exesum est vlla putredine corpus,

Samson.

Mille manu sterno, dum viuo, fortiter hostes:
Mille hostes sterno mortuus absq; manu.

Ænigma Samsonis.

De forti, mirum est, dulcedo prouenit ingens:
Suauis & egreditur de comedente cibus.

Expositio.

Mellificium aptum est in capite arefacto,
Seu cranio leonis à Samsone occisi.

Iacob, & Esau.

Inclusi fueramus adhuc in corpore matris,
Iamdudum inter nos gliscebant horrida bella,
Difficiles inimicitiæ, pugnæque cruentæ.

Ionas in ventre Ceti. Cæs. Scaligeri.

Sum nondum dira confectus morte sepultus,
Haud vrna haud saxũ, nõ humus vlla tegit
Et loquor, & sapio & vitalib. abdicor auris,
Meq́; capit viuus, me tumulusq́; vehit.

Aliud

Aliud.

Nondum natus eram cum me mors abstulit a- (trox;
Et me natalem mors rapit ante diem.

Responsio.

Mors similis sed non similis fuit ortus Adami
Atque hic è costa quæ fuit orta viri.

Dux.

Qui de quingẽtis, de quinq́; decemq́; fit vnus
Ille meis precibus dignetur reddere munus.

Aliud.

Dic mihi quis potuit nullos habuisse parentes
Cui genitor nullus, nullaque mater erat?

Responsio

Melchisedech, primum cuius non indicat ortum
Vllo à me lecto, pagina sacra loco.

Aliud.

Cæde quis vnius prostrauit millia centum,
Inque vno fecit tot periisse viros?

Responsio.

Pastor Iessæus, cum strauit verbere fundæ
Immanem Goliath, tradidit atq́; neci.
Hanc illi laudem spectatrix turba ferebat,
Quod gens victa vni iam numerosa fuit.

Iesvs. Cæsaris Scaligeri.

Dicito, quale putes nomẽ, quod recta celsum
Inchoat, inde tridens fuscina nectit idem,
Flexus vtrimque vncus secat hinc biuium
claudit
Idem vncus medio qui stetit ante loco.

Auium decem proprietates.

Sunt volucres bis quinq; quibus natura fuit
Hæ

Hac fertur, quæ sint significare velis?
Prima caret stomacho, tristi caret altera felle:
Tertia vates est, atque futura canit.
Quarta graues vitam gemitus pertransigit omnem:
Quinta sibi collum sentit abesse suum.
Sexta suos pullos educit lacte suopte:
Septima præ reliquis dulcia voce canit.
Octaua est expers linguæ pernicie volatu
Nona præit longe penniŋerum omne genus.
Vltima tam lauta est, vt nullos sint nisi ternis
Annis seruati, colligat ore cibos,

Expositio.

Accipiter stomachū nescit: fel Noctua: Gallus
Euentura homines nocte diuque monet.
Et gemere amisso non cessat compare Turtur:
Sedula Auis collo pascitur absque suo.
Vesper ei nomen præbet quæ lactat: Aedon
Dulce canit: lingua est nulla Pelarge tibi.
Anteuolat reliquas prænuntia veris Hirundo:
Turdus iuniperi mitia grana comest.

Pellicanus.

Magnus amor, maiorque fides. sed maxima virtus
Alterius vitam morte parare sua.

Pauo.

Pēna quidem variis me picta coloribus ornat,
Sed doleo turpes laude carere pedes.
Sincerum nihil est, & ab omni parte beatum:
Et vitiis virtus, & mala mista bonis.

Passer.

Quod feror in Venerem dulcem, lasciuior æquo

Mi

Mi breuior vitæ terminus inde venit.
Disce meo fato, longum qui viuere quæris,
In Veneris iustum rebus habere modum.

Aliud de Cicon a.

Si nosti, mihi dic, volucrum iustissima quæ sit,
Quæq; gerat mentis symbola certa pia,
Cũ canit, Architæ crepitacula stridere credas.
Nulla etenim blanda carmina voce sonat:
Sed mẽs prouida inest volucriq; memoria ...
Temporis, hac sese pro ratione gerit.

Anser.

Est quædam, cuius mores, formamq; decor...
Dicam, tu, quæ sit, coniice, scire potes.
Illius ora rubent, oculi splendore coruscant,
Suspiciens alte colla superba gerit.
Crura placẽt habitu gracili, niue cãdida cer...
Brachia; sunt gressus quos decuisse putes.
Et teretes decorant plantas sandalia rubra,
Certatim iuuenes hanc sibi quisq; petu...
Parte sui potiore, est molli prædita pelle,
Quam super incumbẽs quisq; cubare ...
Forte putas quæ sit, te diuinasse: sed erras,
Nomine si nescis, Auca vocata suo est.

Picus viridis.

Colla virẽt dorsumq;, rubet, caput, vtraq; ...
Cærula, luteolo pectora signo croco.

Turdus.

Sum volucres inter mensis gratissimus ...
Exonerans, mortem corpore gigno m...

Pica.

Femineo stomachi pario fastidia sexu:

Humanos querulo proloquor ore sonos.
Gestib. inconstãs nũc huc nũc proferor illuc,
Omnibus infamis garrulitate mea.
Corporis anterior pars albet, nigricat ipsa
Posterior, dubii mentis imago viri.

Accipiter & Ardea.

Accipitri insidias parat Ardea, præda parata est,
Si prius hic sexum mutet, & illa suum.

Syngraphum. Had. Iunii

Anser, Apis, Vitulus rerum potiuntur & orbis,
Tergeminum brutum frena superba regit.
Res similis monstri, condigna interprete, qualis
Thebigena nodos soluere Sphingis amet.
Membranã Vitulus præbet, calamosq; canorus
Anser, Apes stipant cerea dona vagæ.
Fasq; nefasque tria hæc obeunt, dum tergora charta
Penna arat, obstringit cera notata fidem.
His humana, tribus, diuinaq; iura reguntur,
Omneq; momentũ hoc ordine terna trahũt.

Nomenclatura.

Omnib appendet rebus, cunctisq; cohæret,
Hoc sine quid sit res noscere nemo potest.

Aliud.

Dic qua materia vestratia templa tegantur?

Responsio.

Nõ sunt tecta, minus possent nam tecta videri.

Aliud.

Virius officium Æditui an Pastoris in æde
Liberius sacra posse videtur agi?

Re-

Responsio.

Ægrius Æditu Pastor sua munia præsta[t]
Funis ei, huic nunquam vox fugitiua [...]

Aliud.

Dic mihi, quid grex femineus cõmuniter op[...]
In quo conueniunt illius singula vota?

Expositio.

Quamuis mulieres pleraque omnes form[...] perbiant, tamen vna re nulla carere p[...] Latrina scilicet.

Aliud.

Dic vbi vendatur liquor carissime aqua[...]

Responsio.

Apud Caupones aqua carissime venit, qu[...] num ea diluunt Item apud Pharmaco[...]

Aliud de Nebula.

Nox ego sum facie sed non sum nigra co[...]
Inq; die media, tenebras tamen aff[e]ro m[...]
Nec mihi dant stellæ lucem, nec Cynthia[...]

Aliud.

Res vna in pelago, & telluris in omnibu[s]
Nascitur, ac oriens est maxima, deficie[...]
In medio vitæ, minima est hæc ipsa, vig[...]

Responsio Æsopi.

Mane cadit crescens, & vespere grandi[...] bra.

De eadem Vmbra.

Sum breuis in medio, capite ac in calce [...]
Longior, vt surgit sole cadituè iub[...]
Vrgentes fugio, fugientes insequor [...]
Me videt alternis quisque subire [...]

Defessos recreo gratas dum largior vmbras,
Dumq; fatigatis præbeo frigus homo.
Nil fraudes timeo, mala nil discrimina, meq;
Sede, prior moueat se nisi, nemo mouet.

Aliud.

Est genitor, natos qui bis sex procreat, vni
Cuiq; horum natæ triginta, dispare forma:
Quædam sunt nigræ, quædã sunt vultib. albæ:
Sunt immortales omnes, moriuntur & omnes.

Responsio Æsopi.

Mensem annus edit, ille noctes & dies.

De eodem.

Ver, æstas, autumnus, hiems, sunt quattuor vnum.
Quæ si membra simul iunxeris annus erũt.

Clauis Symphosii.

Virtutes magnas de viribus affero paruis:
Pando domos clausas, iterum concludo patentes,
Seruo domum domino, rursus conseruor ab ipso.

Araneus, eiusdem.

Pallas me docuit texendi nosse laborem,
Non telæ radios poscunt, non licia telæ:
Nulla mihi manus est pedibus solum omnia fiunt.

De flumine piscibus Ænigma eiusdem.

Est domus in terris clara quæ voce resultat,
Ipsa domus resonat, tacitus sed non sonat hospes
Ambo tamen currunt, hospes simul & domus eius.

Serra, eiusdem.

Dentibus innumeris toto sum corpore plena,
Frondicomam sobolem morsu depascor acuto:
Mādo tamē frustra, quia respuo præmia dentis.

De eadem Serra.

Quæ corrodo minax ego dentibus, euomo, rosis
Non ulla corpus nutrio parte meum:
Hinc macies corpus deformat dira vorantis,
Consumptoq; meo corpore fio minor.
Luminibus careo, non lucis perfruor vsu,
Alterius faciens munia, fungor ope.
Audior à cunctis, solum non audio postquam
Ingratum stridens auribus edo sonum.

Bombarda.

Vulcanus genuit, peperit Natura, Minerua
Edocuit: genitrix Ars fuit atq; Dies.
Vis mea de nihilo est: tria dāt mihi corpora pastum:
Sunt nati, Strages, Ira, Ruina, Fragor.
Dic precor ecquid sim? num terra, an bellua p...
An neutrum? aut quo sim facta, vel ori...
modo?

Bombardæ globus.

Cum de sede mea per vim detrudor iniquam
Fulgurat, atq; antro fulmina dira tonat.
Me res parua abigit, sed cum discedere cogor
Cum fumo nebulas halitus ater agit.

Crepitus.

Fare, quis est, helis generatur qui sine ... ille
Hospitio cedens, Domino sua præmia ...
Hunc retinet morem, passim diffundit odor...
...

Vel clam se celans, vel murmure sæpe reuelans.

Τὸ ἀυτὸ ἄλλως.

Pelle carens nascor, non audio, sed tamen ipse
Audior, haud culpo, sed male culpor ego.

Aliud.

Dicere, quis primus: mihi ne vereare, pepedit

Responsio.

Id fecit, nisi me fallit sententia, podex.

De eodem.

Ecquis quæro, ferit nares iaculator, ad imos
Collimata licet sit catapulta pedes?

Aliud.

Quid sine peccato licitũ est patrare inhoneste?

Responsio.

Peccato sine concacabis illas,
Quas geris caligas, honore læso.

Aliud.

Dic quantis spatiis Eoo à littore distant
Occidui tangunt quæ loca Solis equi?

Responsio

Oriens ab Occidente distat vnius diei spatio:
Sol enim quotidie tantum itineris conficit.

Aliud.

Quantus cœlestes sit, dic, ascensus ad axes,
Tempore quam possis astra subire breui?

Responsio.

Est via vel medio conficienda die:
Nam cum sol medius spatio distaret vtroq́;
Christus ad æthereos ipse parauit iter.

Aliud.

A supero in terras quam sit descensus Olympo
Arduus, & paucis me docuisse velis.

Responsiò.

Hoc soli notũ est Domino, qui cũcta gubernat,
Praeterea tenebrosa regit qui tartara Diti,
Ille suo emensus spatia est sublimia casu.

Aliud.

Dic mihi, sub quo sit vilissima climate terra?

Responsio.

Vbi longissima sunt milliaria. Vilia enim largius emetimur.

Aliud.

Dic tria, quae semper laudet diuina potestas?

Responsio.

Cum viget vnanimes inter concordia fratres,
Vicinoq́ fauet proximus ipse suo.
Si bene cum cara concors vxore maritus
Viuat, sintq́ pii iurgia nulla tori.

Aliud.

Quot sunt quae nulla poterunt ratione repleri

Responsio

Coetibus implentur nullis Acherontia regna
Femineusq́ putat nil satis esse furor:
Impetus horrisona non est satiabilis vnda,
Mulciberis quartum flamma voracis erit.

Aliud.

En panis vnus sesquiplex,
Binis gregatim sexies.
Per tres datur sic, vt ferant
Terrae plagas per quatuor.

De Rore, & Pruina.

Dic mihi, quae reliquis est latior omnib[us]...
Quae tamẽ esse potest nulla profunda m...

A...

Aliud.

Sunt aliquot, lymphis quæ præstant omnibus,
Sunt quinq; at quæ sint dissoluisse tuum est?

Responsio.

Inter eas primus sacri est Baptismatis humor:
Lymphaq; Presbyteri sacrificata manu.
Fletus quem cæsi profundunt sæpe puelli:
Quæ pro peccatis lacryma fusa cadit.
Quinta rotas valide solet exagitare molares,
Diminui vt Cereris munera grata queant.

Gluten.

Dic mihi, quid minimum est, quo non est firmius vllum,
Quod tamen occultum cernere nemo potest?

Glomus filorum.

Non pugno est maius: certe mirabere cernens,
Quatuor in montem vix traheretur equis.

Echo.

Quæ nescis prius ipsa loqui, reticere loquenti
Nec scis, dic tandē quod, Dea, nomen habes?

De eadem.

Elinguem sterilis me trusit mater in auras,
Et sine carne mihi corpus inane dedit.
Ne tamen hoc aliqua sine fruge morarer in orbe
Humana iussit reddere voce sonum.

De eadem.

Non homo, non sum bestia, non mihi vendico corpus
Aut animam, nihilo viuo sed ipsa minus.

Non os est, aut lingua, loquor tamen ipsa, lo-
cuta
Mox morior, mecum commoriente sono.

De eadem.

Cum facie caream, quæris, cur dicar imago?
Cum tua verba sequar, dic, vbi lingua mea
est?

De eadem.

Quid nec corpus habet, nec quo quidquam ore
loquatur,
Attamen illi vox articulata subest?

Aliud.

Optima quæ sit aues inter mihi, quæso, recense,
Ex qua sed fiant fercula nulla tibi:
Non torrere veru poteris, vt cetera fiunt,
Non erit elixa hinc, non caro frixa tibi?

Responsio.

Quæ proprias dulci distendunt nectare cellas,
Et nunc insectis connumerantur Apes.

Aliud.

Excelso volucris versatur in aere quædam,
Huic similis quæ sit nulla sub orbe viget:
In mediis huius natæ sunt ignibus alæ,
Orta est è flammis, æthera deinde subit:
Septenos vasto deglubéret ore iuuencos,
Hanc si corriperet non satianda fames.

Responsio.

Gallus est, qui ponitur in templorum pinnis.

De eodem Gallo.

Natura solers productus munere vates,
Mendaci nunquam voce futura cano.

Quam prius obtueor solẽ bis nascor in auras,
Nec baptisma nisi post mea fata fero.
Mortuus ancipiti dependet corpus obelo,
Concilians hominum gaudia multa gregi.

De eodem.

Martia dicor auis, vigil, quia tempore noctis,
Victuros vigiles conuenit esse duces.

Aliud.

Dic mihi, quæ merito iustissima dicitur ales?

Responsio.

Aquila, pullos enim suos radios solis non intuentes, è nido præcipitat, tanquam suppositities fœtus.

De eadem Aquila.

Sum volucrum regina, Ioui gratissima, lumen
Sollicitans proprio lumine, Phœbe, tuum.

De eadem.

Sola queo Phœbi *radios spectare nitentes:*
Non aciem frangunt lumina clara meam.
Portaui puerum qui miscet vina Tonanti:
Ob meritum hoc in me fulmina nulla ruũt.

Aliud.

Hospes cauponis quidam peruenit in ædes,
Nec cauponi hospes cognitus ante fuit:
Per patulas domus hic elabitur ipsa fenestras,
Inq; suo infelix hospite caupo manet.

Expositio.

Retia piscatoria sunt hospes, quæ in flumen domicilium piscium perueniunt, effluit aqua per foramina, caupo, hoc est piscis, retibus concluditur, & capitur.

Idem aliter.

Nuper vt hospitio sese vagus intulit hospes,
Mobile per clathros excidit hospitium:
Mox hospes deglutit herum, suspenditur ille,
Demptus hic, in viua cõtumulatur humo.

Aliud.

Maior inest pietas canibusue an felibus, ede?

Responsio.

Autumo quod canibus, diuum nam templ[a] subintrant.

Aliud.

Num canis appendet cauda, vel cauda catell[i]
Da mihi, si fuerit res tibi nota prius?

Responsio.

Si canem cauda sursum leues, canis a caud[a] pendet, sin capite tollas, cauda pende[t] a cane.

Aliud.

Dic precor ichnobates cur intrat templa [li]benter,
Bestia cum nequeat dicere muta preces?

Responsio.

Cum vident aram candidis velis opertam, [or]natamque, putant instructas esse mensa[s, spe]rantque mox epulas parari.

Aliud.

Dic mihi quãdo sacra nullus videatur in a[de]
Et trepidi fugiant omnia templa canes?

Responsio.

In Ramalibus, seu die Palmarum; metuunt [ne] virgis feriantur.

Aliud.

Aliud.

Dic mihi quando canes pauidi formidine magna
Terrentur, nequeat maior vt esse timor?

Responsio.

Die Veneris post festum Pascha, verentur enim reditura Carnisprivia, vt abstinendum sit à carne, & sibi esuriendum.

Aliud.

Cur ex delubris abigit plerumque catellos
Æditus flagris, verberibusque fugans?

Responsio.

Timet, ne sibi quid offerant, quod scopis eiiciendum sit.

Aliud.

Cur canis vrinam sublato poplite reddit?

Responsio.

Ni leuet, in caligas mingeret ille suas.

Aliud.

Dic, rogo, num citius possit subuertere tecta
Anne prius celeres ædificare manus?

Responsio.

Posse prius poni, quam subuerti, arbitror, ædes:
Nam nisi structa prius non ruet vlla domus.

Aliud.

Quid lupi quæso speciem rapacis
Exprimit formamq; trucem, pilosq;
Vt procul si tu videas, lupum ipsum
Dixeris esse?

Responsio.

Est lupa, quæ similem formam sortita marito.

Aliud.

Cellula parua iacet splendens candore niuali.
Huc aditum præbet ianua nulla tibi:
Nulla fenestra patet, teres, atq; rotunda uidetur,
Marmoreo cincta est aggere tota domus.
Attamen & viuum quiddā generatur in illa,
Cui verum corpus redditur, atq; caro.
Prouenit & quæstus multis vberrimus inde,
Hinc quoq; non pauci quo satientur habent.

Responsio.

Est niueum variis spectabile dotibus ouum,
Acceptus cunctis nascitur inde cibus.

De eodem Ouo.

Nec caro, nec piscis, de carne, & pisce creatus
Huius & illius suppleo sæpe vices.

Aliud.

Sanguinem & carnem gerit vsq; viuam,
Tollitur rebus, geriturq; iisdem,
Non habet carnem, minimamve guttam
Sanguinis ipsum.

Expositio.

Ephippium est, vel sella quæ equis insternitur.

Aliud.

Bis binis viuunt elementis, quatuor omni
Tempore, quas possum dinumerare feras:
Tu si magna sapis mihi nomina cuncta recenses,
Et precium haud paruum me tibi dante feres?

Responsio.

Inter aquas medias, & flumina viuit Areri[?]

Ca-

Capta oculis sub humo Talpa vigere potest.
Noxia Vulcano spirat Salamandra sub ipse.
Aere Chameleon degit & ipse leui.

Aliud.

Dic vbi sit cunctis iucundum ducere remos,
Per tumidos dubia fluctus errare phaselo,
Darursus quod iter pedibus sit carpere gratū?

Responsio.

Nauigatio iuxta terram, quasi in portu, est iucundissima, & ambulatio iuxta mare est gratissima.

Aliud de Somno.

Quando par claris plebs redditur ipsa Tyrannis,
Cum Domino seruus diuite certat inops:
Dulichius Lydis aquus sit regibus Irus,
Et Crœsso Codrus vix eget ipse magis:
Cum miser, & felix nullo discrimine distant,
Nil inter prauos discrepat atque bonos:
Hoc mihi reddiderit breuiter quicunq; solutū,
Iudice me Phœbi numine plenus erit.

Responsio.

Cum placidum capiunt mortalia membra soporem,
Exhaustas vires cum leuat alma quies.
Hac lenit mentes. & corda oblita laborum
Exhilarat, gestis reddit & apta suis.

De eodem.

Sors diuersa vtriusque licet, solertia inani
Ditem inopemq; aqua conditione beo.

Aliud.

Dicite quos hominum meliores esse putatis
Aurigas inter, carnificesq; feros.

Responsio.

Carnificis magis est, vt opinor, munus honestum,
Educit reprobos scilicet ille viros:
Aduehit haud raro socios Auriga scelestos,
Sentinaq; vrbis deteriore grauat.

Aliud.

Artifices inter cunctos operumque Magistros
Qui sua sunt soliti quærere lucra manu,
Quos magis integros, atque arbitraris apertos
Omnia qui summa simplicitate gerant:
Quiq; suum exercent munus sine fraude, doloq;
Vt possis homines dicere iure bonos?

Solutio.

Carnifices sunt, hi populi spectante corona,
Quod stricto, insontes, iure probatur, agunt.

Aliud.

Cum multa infectis pice sint sutoribus arma
Ex his vtilius quid siet ede precor?

Responsio.

Sunt dentes quib. hi rigidas extendere pelles
Et coria his crebro reddere laxa solent.

Aliud.

Dic mihi qui temere nunquam frustraq; laborant,
Sed quidquid faciat, aliquẽ referatur ad vsum.

Responsio.

Pistores, quoniam fient Cacodæmonis orã,
Effigies, si qua non possunt esse Deorum.

Aliud

Aliud.

Qui soboles proprias minime curare videntur?

Responsio

Pictores, nam hi pueros suos pictos vno aut altero asse sæpe diuendunt, cum id nemo faciat alius.

Aliud.

Est genus artificum multos plerumq; labores
Quod facit incassum, nunc rursus dic mihi qui sint?

Responsio.

Sartores, Sutores, Marsupiarij, & Pelliones, hi multas faciunt scissuras, & foramina, ea que rursus consuunt.

Aliud.

Sub quibus, ede mihi sit maior copia furum,
Inter quos nequam sacrilegiq; viri?

Responsio.

Non Sartores, non Molitores, sed Tonsores plures sub se habent fures.

Aliud.

Dic mihi, in vrbe quib. summa est concessa potestas?

Expositio.

Tonsoribus omnia committūtur, illis barbam cuiusuis contrectare licet, quod aliis nō permittitur impune. Recte igitur Dionisius barbam suam carbone ardenti adussit, metuens nouaculam.

Aliud.

In qua parte sui Molitor iustissimus exstat?

Quæ non furentur vix ego membra puto.

Responsio.

Corpore fur toto est, sed solo podice iustus,
Hoc efflat, reliquis omnibus ille rapit.

Aliud.

Est aliquid prudēs bene quod natura parauit.
Nil Molitori æque suspicor esse bonum:
Ipsius totum siquidem hoc defendit honorem,
Et seruat famam quæ peritura foret.

Responsio.

Quod saccis hominum nō est concessa loquela,
Hinc nequeūt furem prodere voce sua:
Indicio illorum fieret manifesta rapina,
Quam furtim nunc, & dissimulāter agit.

Aliud de Terebra.

Dic mihi quid penetrat mordēdo viscera ligni,
Egrediensq; cacat cuncta vorata prius?

Aliud.

Cur non femineam mos est tondere cohortem?

Responsio.

Tempore non possent tam reticere breui.
Ossa nimis crepitant, constant ex ossibus illa,
Hinc genus illarum garrula turba manet.

Aliud.

Dic caussā maribus citius cur femina crescat?

Responsio.

Quandoquidē praua crescunt velocius herbæ,
Femina quas inter cōnumeranda fuit.

Aliud.

Est magnū, & firmū, mercatus visere multos

Assolet

Assolet, includens in se corpusq; animamq;
Ambulat & supra viuos, & portat eosdem,
Consilii iccirco multum sibi poscit, & artis,
Vt vitet rapidi infinita pericula fati.

Responsio.

Est nauis, quæ nauclerum doctum, peritũq; requirit. Quatuor enim digitis à morte absunt, qui sese nauigiis committunt.

De eadem.

Quacunq; ingreditur, cunctorũ lumina fallit,
Semita quæ fuerit, cernere nemo potest.

Aliud de Pluma.

In campis ægre iaceo, atq; patentibus aruis,
Me bene conclusum scrinia parua tenent.

Solutio.

In campo leuitate nequit consistere penna.

De eadem.

Quod tollit, premit: ima petens, sursum æra repellit:
Et somno premitur, nec tamen ipsa capit.

Expositio.

Pluma tollit auem in sublime, premit bilancẽ, & ita eleuat alteram lancem æream: Premitur à dormiente, ipsa non dormit.

Aliud.

Si facias fiet si non facias quoque fiet,
Eueniet quamuis ipse operere nihil.

Solutio.

Reddentur parua lota tibi tempore sicca,
Cum siccent madidas lintea nulla manus.

Aliud.

Dis

Dic mihi quæ mulier lætetur tempore cuncto,
Nunquam non alacris, iubila læta canit?

Responsio.

Mulieres quæ infantes lactant, sæpe aliis dormientibus coguntur canere, vt pueri vagientes conticescant.

Aliud.

Quæ cūctos homines inter lætissima turba est?

Solutio.

Sunt Sacerdotes chorales, qui noctes ferè & dies in templis consumunt canendo.

Aliud.

Dic mihi quis quartam totius perdidit orbis
Partem, cuius erat tam scelerata manus?

Responsio.

Fraterno Cain cum sanguine polluit aras,
Et fuit Abelis cæde cruenta manus:
Germani fuerant gemini, totidemq́ parentes
Illi, tum totus, quattuor, orbis, erant.

Aliud.

Dic siluam folijs nullo non tempore nudam?

Responsio.

Quæ solas habet abietes.

Aliud.

Dic quæ sit nullo puluere strata via?

Responsio.

Per quam nauis ingreditur.

Aliud.

Ingentem monstres hominum cœtum absq́ malignis?

Responsio.

In cælo is quærendus.

Aliud.

Magna ubi sit comitũ, dic, sine amore cohors?

Responsio.

Cum sint innumeri metuẽda in tartara missi,
Non ibi sunt pacis fœdera, nullus amor.

Aliud.

An quã barba prius potuit vir viuere, quæro,
An potuit quam vir, barba fuisse prius?

Responsio.

Barba fuit antequam vir fores: Capellæ enim, brutaq; omnia fuerunt ante hominem.

Aliud.

Pone suum sequitur cur patrẽ mascula proles,
Præcedit matrem femina quæq; suam?

Solutio.

Patres de natis dubitant plerunq; creatis,
Certior est mater, nouit & esse suos.

Aliud.

Quinq; suis hominum vincunt animantia sensus,
Horum si nosti nomina prode mihi.

Responsio.

Nos aper auditu præcellit, aranea tactu,
Vultur odoratu, lynx visu simia gustu

Aliud de 18. consonantibus, & quinque vocalibus.

Bis venere nouem iuuenes ad mœnia nostra,
Ex aliis huc ad nos adiere locis.
C[illegible] forma paribus florentibus annis,
Attamen his minime par decor oris adest:

Nil

Nil eſt egregia quod dicas deeſſe cohorti,
Quam quod nō potis eſt edere lingua ſonos.
Non illis vox eſt, ſed ſecum quinq; ſodales
Ducunt, ex his vt verba loquantur habet.
Summoto nullum dicunt interprete verbum:
Orbe ſed eſt toto gloria magna virum.

Aliud.

Plura Characteres qui nobis commoda præſterit,
Dic mihi, qui rurſus plurima damna ſerant?

Reſponſio.

C, M, D, L, X, V, I, his in numerando vtimur

Aliud de littera M.

Intrant bis ſeni ſub tecta adaperta recepti,
Turbaruit forib⁹ per quas intrauerat omnis,
Excepto quodam ſeptum qui clauditur intra,
Emittiq; nequit ſi non ſit ianua clauſa:
Namq; per illes fores non egredietur apertas,
Euolat, obijcias ſi duræ repagula tecto.

Expoſitio.

Sex & quinq; notæ quas dicimus ordine primo,
Os ſimul intrarunt, patefacta ſaure reuerti
Conſuerunt, quare obſtructo nil ore ſonabit,
M tantum clauſo profertur littera rictu.

Aliud de Gallo.

Regium quidam diadema geſtat
Miles, auratum gerit atq; calcar.
Temporum vates, bonus & Propheta

Dic mihi quis sit?
Ipse materno teres, & rotundus
Ventre processit, nec habens caput, nec
Ceteros artus, animamq; nullam.
Dic roga quis sit?
Inde natura melius fauente,
Accipit sensus, animam, figuram,
Admonet cæcos homines, docetq;.
Dic rogo quis sit?
Prenditur, morte afficitur cruenta,
Veste nudatur per aquas calentes,
Ignibus tandem datur excoquendus.
Dic rogo quis sit?

De Gallo 30. gallinarum marito.

Triginta viduas lapidis temerarius ictu
Reddidit (heu facinus) sole stupente, puer.

Aliud de Tibia.

Non ego continuo morior dum spiritus exit,
Nam redit assidue quamuis & sæpe recedat,
Nuncque mihi magna est anima, nunc nulla facultas.

Aliud.

Dic quæ res cælum radicem extendit in altum,
Desuper in terram versa cacumen habens?

Responsio.

Frigore concreta est dependens stiria tectis,
Namq; acies imam respicit huius humum.

Aliud de Sale.

Est condimentũ quod vincit aromata cuncta,
Vilius est aliis, meliusq; fateberis esse,
Si rem perpendas animo, ceu condecet, omnem.

Aliud

Aliud de Penna. Had. Iunij.

Est mihi forma teres: cauus, at non peruius aluus,
Quem medium nodis spissa medulla secat.
Porrigor in caudam, cui barbula vestit vtrinque
Oram, qua volucri sum vice remigij.
Exsanguis, de carne tamen satus, humus alumnus;
Non nisi carnoso vellor ab vsque sinu.
Iam truncus capite, & diffissa cuspide sectus
Proluo me succo Sepia nigra tuo.
Vsus abest linguæ, tamen illa exerceo parte
Ius necis & vitæ: tristia bella sero.
Componoq; animos: Regum iras mitigo, & arma,
Atro felle mea aut spicula melle madent.
Hoc potior lingua, sine me moritura quod eius
Sit soboles, nostram secula longa manent.
Illa etiam solas præsentis manat ad aures,
Nostra vel immenso, qua patet, orbe sonat.

Aliud de Pariete, eiusdem.

Calce coagmentor, quadrato marmore surgo,
Defendo nimbos, fulcio tecta domus.
E. demas, Idæ pastor, a, iudexq; Dearum,
Exitium Troiæ, clarus adulter ero.
Tollito P, cornu feri b. ruo mœnia, cælum
Orno, Helles vector victima grata Ioui.

a. Paris, b. Aries.

Aliud de Ceraso, eiusdem.

Rubra mihi cutis est, latet intus vineus humor,
Os pro corde gero, semen at illud habet.

Aliud de Pede. eiusdem.

Metior, ingredior, tendoq́ & carbasa laxo,
Nec moduli, aut versus me sine stare queũt,

Aliud de Pede.

In vatum certas p scribo carmine leges,
Vt iusto constet syllaba quæq; modo.
De mensurandis res instrumenta peritis,
Ne mensis fallant arua, domusq́; locis.
Tempestas nimio ne subruat impete naues
Contraho, vel sinibus carbasa trado suis.
In vita moduli suus vt cernatur & vsus,
Et cursoris item conficientis iter,
Præbeo suppetias, nullo quæ tempore præbent
Thesauri magni splendidioris opes.

Campana.

Est intra cælos, est intra mansio terras,
Non cælum tango, non quoq; tango solum,
Constringor vinclis, concludor robore duro,
Vt nulla mutem conditione locum.
Os mihi semper hiat, petulanter & exero linguam,
Nec, nisi cum cogunt verbera multa, loquor.
Cum loquor assiduis repleo clamoribus aures,
Verbera cum cessant, tum quoq; cesso loqui.
Non vlli noceo clamoribus, hortor iniquos,
Contrito quærant corde salutis iter.

De Mortario.

Buc-

Buccis semper hians patulis soror (a) *aspicit infra,*
Inuerso sed ego suspicio ore polum.
Semper habet linguam nexam, quæ personat aures,
At mihi adest & abest, dēpta, reposta mea.
Annuit vt loquitur simul abnuit illa: loquar, vel
Non, constare loco stat mihi certa fides.

a. Campana.

Schola.

Sum labor assiduus, defuncti meta laboris
Nulla, nouum posito fine recurrit opus.
Grata mihi fecit Graium cessatio nomen,
Cessandi verum non mihi caussa datur
Vrgeor, impositum crebro simul vrgeo munus
Res vt alat florens publica pace bonos.

Liber.

Quanquam non ferulas didici tolerare Magistri,
Me schola discipulum non odiosa tulit.
Diuersis non sum linguis excultus & arte:
Non studiis operam nocte dieq; dedi:
Me tamen vtuntur saui doctore magistri,
Et quoscunq; animo discere multa iuuat
Diuersas doceo solertes ordine linguas,
Hinc artes magna dexteritate bonas.
In terris quidquid vulgauit turba sophorum,
Mors rapuit multos quos grauis ante dies,
Quidquid & hoc vsquam conscribunt tempore docti.

In-

Indicio discis sedulus omne meo.
Non Regum vereor nauos taxare potentum,
Non scelus, vt metuant conciliare malum.

Ferula.

Quidquid in humano latet vsquam pectore praui,
Quod disciplina tollere cura nequit,
Hac fidei linquens vestigia corrigo, pectus
Vt prauum mutans praestet honesta bono.
Sacra vocor Baccho, moneo quod sedulo potos
Inter, quae cauta mente cauenda, merum.
Officij tandem fido pro munere, quaerens
Optima supplicio gratia flamma datur.

Auis.

Bis vitae fragilis vitales nascor in auras,
Quas mihi concessa conditione peto.
Me licet obyciat multis fortuna periclis,
Morte semel tantum, cū vocat hora, cado.

De eadem.

Exempto medio fit (a) totū & credere possi. a.as totum seu solidum significat, vt, Ex asse haeres.

Musica clauis.

Me sine grata minus, quāuis gratissima cūctis
Musica: nec resonat me sine, muta tacet.

Musica nota.

Eleuo in excelsas, qui me sectabitur, arces,
Deijcio inq; imum meq; meosq; locum.
Est via recta mihi, tamen haud mihi recta placebit.
Nec nisi in obliquo tramite curro libens.

De

De Hierichunte.

Dic mihi, sublimes vbi Musica diruit vrbes,
Destruxitque grauis mœnia magna sonus?

Aliud.

Omnia cum turgent amplexu vascula plena,
Tum multo maius pondus habere solent:
Mobilia hæc fient, eademq; leuissima cernes,
Si nihil, in vacuis quod teneatur, erit.
Verum nos aliquod vas mirum nouimus e[illegible]
Nil onerosius est, donec inane vacat:
Sed leue distentum est, & quauis parte re-tum,
Nil grauius, si non, quo repleatur, habet.

Expositio.

Ieiuno dicunt nil ventre molestius esse,
Cum satur est, hominem sarcina nulla grauat.

Aliud.

Abstrusum est aliquid, cæcis latet atq; cauernis,
Viuit vt in vasto bestia sæua specu.
Ex Pario validum circum [illegible] marmore [illegible]
Munitus vallis, aggeribusq; locus.
Egreditur nunquam, nec l[illegible]men prosilit ex[illegible]
Vt minus hoc possit vincula firma vi[illegible]
Hic fremit, vt resonant quando sublimi[illegible] antris.
Continet Hippotades flamina clausa [illegible]
Hoc inimicitias, bell[illegible], iras, iur[illegible] [illegible]
Excitat, ingeminans quidquid [illegible] est.

Ca

Coniungit rursus, sociat, noua fœdera pangit,
Vt pax in cunctis floreat alma locis.
Efficit, obtineant vt certum iura vigorem,
Componit lites, iurgia quæq; secat.
Nil vsquam melius, nil est præstantius illo,
Nil etiam peius, deteriusq; nihil.
Has tu prudenti nebulas mihi discute cura,
Et scirpos aperi quos modo dico tibi.

Expositio.

Lingua est quæ circumuallatur septo. Hanc Mythographus Phrygius omnium pessimam & optimam probauit.

Solares radij.

Per medias recto decurrit tramite syluas,
Saxaq; propositum nulla morantur iter.
Non hoc ancipites anfractus sistere possunt,
Qua pergit nec res impedit vlla viam.

Ebrietas. Ludouici Bigi.

Visus hebet, fumãt artus, cerebrumq; rotatur,
Nec facit officium pes, animusq; suum.

Ira. eiusdem.

Mens ignara sui fit, me stimulante, ministro
Sæuitiam, atq; homines iurgia cogo loqui.

Hypocrisis. eiusdem.

Sancta foris, sed praua domi est mihi vita: placendi
Causa homini, parui lædere pendo Deum.

Simultas. eiusdem.

Blanda foris videor: sæuas intrinsecus iras

Occulo, & arcana spicula iacto manu.

Scandalum. eiusdem.

Vt multi facto aut dicto imprudente ferantur
In præceps, causam fomite præsto meo.

Lex, Rex, Grex.

Lex Regina, Magistratus Rex, Grexque popellus,
Si bene habent, tunc & publica res bene habet.
Lex ceu rex mutus, Rex ceu lex viua gubernat,
Grex Regi, & Legi paret vtrique volens.

Iaspis, Aspis.

Iaspide nil melius: caput aufer, & Aspide peius
Aspidis aut morsu, iam nihil esse potest.

Amens, & Amans.

Sunt Amens, & amans iidem: nam mentis vterque
Nil habet: infelix quod sine lege furit.

Seruus. Cæsar Scal g.

Sum Gallis bipes, a. & quadrupes: comedo, comedorque,
Quod si me accuses, caput. b. aufer, me ipse iurabo.

a. Quia Galli eodem modo pronuntiant Seruus, & Ceruus. b. eruum.

Nauis, eiusdem.

Cum a. capite, & capite. b, amisso, fert usque alas,
Idque habet in c. cauda, quod ouis quoque cauda reponit.

a. Nauis,

a. Nauis, b. Auis, c. vis.

Ouis. eiusdem.

Imbellis tota est, caput exime, vis erit illi.

Caper. Aper. eiusdem.

Cornua mi, sed si caput aufers, dente nocebo.

Aliter.

Rodit dente Caper vites: huius caput aufer,
Omnia vastabit dente timendus Aper.

Leo eiusdem.

Non faciam capite abscisso, a. quod velle videris.

a. eo, hoc est, non eo ad Leonem.

Mars, Ars eiusdem.

Deme fero galeam: reteget placabilis artem.

Amore, More, Ore, Re.

Quatuor his verus noscetur amicus, Amore,
More item, & Ore, simul Re probet ille fidē.

Anna, Ama.

Anna retro citroq; venit: placet Anna: quid inde?
Rursus Ama, citro nempe retroq; redit.

Bellum (haud) bellum.

Bello cum belli prorsus nihil undiq; subsit,
Bellum cur bellum, dic mihi, nomen habet?

Paries.

Par, Pars Pares, Paris, Aries, Pes, Æs, Pras.

Cui mater fuit alta silex, lignumve, lutumve,
Sum Paries: Paries femina fœta viro.
En dēpto hic Aries capite, alti machina muri,
Corniger aut Aries dux gregis ipse sui.

Quam bene Par sine ventre Pares amor vnit amantes:
Pars & amicitiæ summa sit illa meæ.
Littera si desit, Helenæ Paris intrat amator:
Arbiter & formæ creditus esse bonus.
Cũ cauda mox iunge caput, Pes nascitur inde,
Æs hinc, & sponsor Præs simul æris erit.

Labora, ora.

Sunt duo, quæ duo sunt tamen vnum, ora atq; labora,
Scilicet haud felix est labor absq; Deo.
Principio semper prius ora, deinde labora
Sedulus: & cæptum tunc bene cedet opus.

Ius, Vis.

Sunt duo Vis, & Ius sibimet contraria verbis
Transpositũ sed inest alterum in alterutr.
Cur ita? nam iuris Vis est vt maxima, sic Vis
Maxima ius summum sæpius esse solet.

Caula, Aula.

Tutius in Caula, blãda quam viuitur Aula
Aula vale, Caulæ sim magis ipse Comes.

Cacus, Acus.

Litteræ Auentinus primæ priuetur honore
Seruabit reliquum quid sibi Cacus? Acus.

Clangor, Angor. Clamor, Amor.

Non clangor reddit placabile numen, at Angor:
Non Clamor, sed Amor regnat in auri-

Anguis, Sanguis.

Quos Anguis dirus tristi cum funere strauit.
Hos Sanguis Christi miro cum funere lauit.

Qui

Quos Anguis dirus tristi dulcedine pauit,
Hos Sanguis mirus Christi dulcedine lauit.

Sum, Es, Est, Sumus.

Sum tuus, & meus es: tuus haud sum, nec meus ipse es:
Sed Deus est noster: cuius vterq; sumus.

De æquo, & equo.

Non ideo gaudebis equo, si feceris æquum:
Æquum qui faciunt his male currit equus,
Fur furatur equum, suspenditur, & manet æquum.

De Rosa.

Sunt quini fratres sub eodem tempore nati,
Sunt duo barbati, duo sunt barba absq; creati
Vnus de quinis non est barbatus virimq;.

De Cuculo, ex vita Æsopi.

Frigore digredior, redeunte calore reuertor,
Desero quod peperi: hoc tamen educat altera mater:
Quid tibi vis aliud dicã, me vox mea prodit.

De Tinea. Ex Symphosio.

Littera me pauit, nec quid sit littera noui,
In libris vixi, nec sum studiosior inde,
Exedi Musas, nec inest sapientia maior.

De 4. rotis. Ex eodem.

Quattuor æquales currũt magna arte sorores,
Sic quasi certãtes, cũ sit labor omnibus vnus,
Et prope sint pariter, nec se contingere possunt.

De Capra. ex eodem,

Alma Iouis nutrix vestita capillo,
Culmina difficili peragrãs super ardua gressu,

Voce meo tremula reddo responsa Magistro.

De Mula.

Dissimilis patri, matris diuersa figura:
Ex aliis nascor, nec quisquam nascitur ex me

De somno. ex eodem.

Sponte mea veniens, varias ostendo figuras,
Sæpe metus fingo, nullo discrimine veri,
Sed me nemo videt, nisi qui sua lumina clau-
dit.

De eodem Somno.

Non inuitatus mihi sæpius hospes in ædes
Aduenit, hunc summo nec pudet esse loco.
Attamen hunc nunquam licuit mihi cernere
apertis,
Si clausis oculis non mihi visus erat.

De Lupo.

Cur Lupus in cursu retro sua lumina torquet?

Responsio.

Huius quod cernant posteriora nihil.

De eodem Lupo.

Euinco noctis tenebras, lunaque silente
Intueor visu quod latet omne meo.
Sũ metus in terris homini, metus ille vicissim
Concussu lapidum quando sonante strepit
Non ferrũ ac fustes, lapidũ formido sed ictus,
Accepto putret pars quibus icta malo.
Amittit vocem subito, quemcunque priorem
Cerno, eadem patior si videt ille prior
Natura quamuis à me dissentiat, acrem
Ipse tamen domito viribus asper equum.
Dentibus incidens seco quæ coniuncta, futura

Et quæ torrenti flumine mersa, traho.
Piscibus infensus, quos possum venor in vndis,
Ingluuieq́ue mea, quod licet, vsque voro.

De Cincere & fauilla.

Mortua res viuam sepelit, manet illa sepulcro
Viua suo, viuis mollit & illa cibos.

De Vpupa.

Rex fueram, sic crista probat, sed sordida vita
Immundam è tanto culmine fecit auem.

De Fele.

Est animal tacite lustrans occulta domorum,
Quod capite absque, suum sæpe molestat herũ.

De Oue.

Est animal paruum totum quod circuit aruũ,
Hoc nihil est peius si dematur caput eius.

Aliud.

Dic agedum quænam metuenda precatio semper,
Quæ nunquam damno dicier absque solet?

Responsio.

Illa cibos nobis quæ dicitur ante, coruscant
Cultri etenim, in patinis damna dat ipsa manus.

De Cursu.

Vox quæ lassat equum, prima sine mellis amica est,
Fronte tribus demtis gaudet inesse luto.

De Fumo.

Excutio lacrymas, sed non sum causa doloris,
Est iter ad cælum, sed me grauis impedit aer,
Et qui me genuit, sine me non nascitur ille.

Aliud.

Dic mihi cum nitidos cupias nutrire caballos,
Quanam res melius pascere possit equum?

Solutio.

Oculus domini pascit seu saginat equum.
Rhyth: *Ex vultu domini, fit commoda forma caballi.*

De Papauere. Ex Symph.

Grande mihi caput est, intus sunt membra minuta;
Pes vnus solus, sed pes longissimus vnus,
Et me somnus amat, proprio nec dormio somno.

De Pyrausta, quæ & pyrallis dicitur.

Viue tibi, quantumq; potes praluſtria vita:
Splendida dum quaro, me cita flamma vorat.

Aliud.

Omnibus ex gestis Domini qua mira vocantur,
Quid, quaso, est hominum gens imitata magis?

Responsio.

Tentarunt liquidas in vinũ vertere lymphas
Cauponum sic est amula turba Dei.

De Homine.

Humilis humus habitans hami,
Humatur, halitum haud habens.

Ex Petro Crinito.

Homo non homo, videns non videns, alitem non alitem,
Lapide non lapide, percuſſit non percussit,
Cum super arbore, non super arbore degeret.

Expositio.

Semiuir

Semiur quidam cæcutiens leuiter attingit pumice vespertilionem in sambuco sedentem.

Aliud.

Nunc est, iamq́ perit, nulloq́ reuertitur æuo:
Non redit vt pessum lux hodierna dedit.

Responsio.

Virginitas temerata, atq́ pudicitia.

De vino aqua misto ænigma Rhythmicum.

In cratere meo Thetis est coniuncta Lyæo,
Est Dea iuncta Deo, sed Dea maior eo.
Nil valet ipse Deus, Dea dum præsens manet eius,
Detur propterea nunc Deus absque Dea.

De Calceolario.

Porcus per taurum sequitur vestigia ferri

Aliud.

Anser ouem maculat, potũ si vacca ministrat

Expositio.

Penna, atramentarium corneum, & membrana.

Aliud.

Dic age cur piscis natat? alas addæ volabit.

Aliud.

Cur tondetur ouis? penit' quia corpus inane.
Quando dies longissimus? est curtissima dum nox. Aliud.
In siluas properat quiddã, & sua lumina retro Aliud.
Torquet, nec quæ sunt prouidet ante pedes.

Solutio.

Est, humero gestat quam rusticus, ipsa securis.

De Phœnice.

Nec sum, nec nō sū, morior simul atq; renascor,
Præbet & interitus teneræ primordia vitæ,
Sumq; mihi leti, & redeuntis originis auctor.

De eodem.

Vnica semper auis, pater & sibi filius ipsa:
Morte sua vitam dat sibi sola nouam.

De vno oculo.

Non habeo, nec habere velim, quod si tamen adsit,
Non caream Crœsi si mihi dentur opes.

De testudine instrumento musico.

In siluis cresco, per campos gramine vescor,
In domibus resono, dic modo sim quis ego?

De Lyra.

Viua fui in siluis, sum dura occisa securi,
Dum vixi tacui, mortua dulce cano.

Aliud. (Ignis

Quæ sunt quæ nulla arte queunt satis abdier
Tussis, amor, quartum sit scabiosa tuus.

De nuce vitiosa.

Est aliquid quod si videas sinis vsq; iacere,
Et si non videas, sat scio, tollis humo.

De Cornice

Est auis atratis circum sua corpora pennis,
Quæ truncata caput redditur alba nimis

De eadem.

Et peccatorum sedes, & origo malorum,
Vnde nefas prodit, prodit & vnde malum
Deploro vita contrito pectore nauos:
Æterno dicor victima grata Deo.

Bruma suam iungit mihi quando frigida prolem,
Candidior cygno quæ timet usta rogum.
Æthiopis refero nigranti corpore formam.
Et superans hominum sæcula viuo nouem.
Indicium facio præsentis ad ostia pulsans,
Vt pateant, passas cui decet esse, fores.
Luna suos cultus ponat, canis ira fugetur,
Irradio digitos splendida gemma tuos.
Ira canis subeat bipedis loca trita figura,
Obseruans, Libyes vasta pererro, sitis.

De dictione Dapes.

Quinque cibant, bis bina volant, tria stant, duo pulsant.

Aliter.

Quinq; placent ori sed quattuor aere scindūt,
Tres currūt, referunt murmura rauca duo.

De Naue.

Dictio scindit aquas, reseces frontem, aera scindet,
Tolle caput, iuri non locus vllus erit.

De Foramine.

Fit minus adijcias si quid; si dempseris illi,
Protinus augetur, dic quid id esse putes?

De Arca Noe.

Dic mihi, quæ fuerit quondā ditissima nauis?

Item de Arca.

Voce sua mundum totum repleuit asellus,
Dic vbi tam grandes edidit ore sonos?

De dictione Muscatum.

Dum caput est currit, ventrem coniunge volabit,
Cum cauda comedes, & sine ventre bibes.

De Adamo primo homine, terra genito.

Terga super matris subiecto in corpore quidam
Findere perpetuo ligna suetus erat:
Ni fallor nimium dices fuit improbus ille,
Sed bene si noris, dixeris esse secus.

Aliud.

Ecquis is est fructus, quo non mage noxius alter?

Responsio.

Malum quod primus sumsit, & edit homo.

De Mure.

Parua mihi domus est, & ianua semper aperta,
Exiguo sumtu, furtiuis nutrior escis:
Quod mihi nomen adest Roma quoque Consul habebat.

De Homine.

Est animal totum per mundum non male notum,
Mane quod it quadrupes, idq; deinde bipes.
Ire tripes gaudet, cum mox sua tempora claudet.
Quod sit si dicas Oedipus alter eris.

Vel sic.

Quod pedibus binis animal meat absq; ruinis,
Claudicat hinc ternis, prorepsit & ante quaternis?

Aliter.

Aliter.

Sphinx dedit ænigma hoc, quadrupes quæ bestia quondam,
Deinde bipes fieret, tandem eademq́ tripes.

De eodem.

Est madidũ & siccum pollet iuuenilib. annis,
Et premitur senio formaq́ pulcra nitet.
Deforme est etiam, bis denaq́ cornua gestat,
Tu monstri quid sit si potes ede mihi.

Responsio.

Siccus homo exterius, sed pellem est humidus intra:
Primo hunc formosum grata iuuenta facit:
Exarat hinc frontem rugis, turbatq́ senectus:
Sunt vngues digitum, cornua dicta mihi.

Aue, Salutem.

Mitto tibi nauem prora puppiq́ carentem:
Mitto tibi metulas, vertito si dubitas.

Salutem.

Mitto tibi metulas, verte petita feres:

Cor.

Mitto tibi Lunam, Solem simul & canis iram:

Sententiæ Ausonii ænigmatum speciem habentes.

Quænam summa boni? mens quæ sibi conscia recti.
Pernicies homini quæ maxima? solus homo alter
Quis diues? qui nil cupiat: Quis pauper? auarus
Quæ dos matronis pulcerrima? vita pudica.
Quæ casta est? de qua mentiri fama veretur.
Quod prudentis opus? cum possit nolle nocere.

Quid stulti proprium? non posse & velle nocere.

Aliud.

Ecqua suis nunquam priuatur frondib. arbor?

Responsio.

Frondibus artificis quæ decorata manu est.

De Globo.

Principii, finisq́ expers, sine lumine vitæ
Peruado celeri mobilitate viam.

Aliud de Pediculis.

Inprimis homini, quæ sunt animalia fida,
Quorum est præ reliquis suspicienda fides?

Solutio.

Sextipedes vermes, namq; hæc suspendia adire,
Cumq́ suo Domino tela, crucemq́ ferunt.

Aliud Homero à pueris propositum.

Quod captum est periit, sed quæ non cepimus adsunt.

Aliud.

In densis siluis venor bis quinq; catellis,
Quod capio perdo, quod non capio mihi seruo.

De Sole.

Anguis, & annulus, & rectissima linea, rebus
Omnibus, & vitam tribuunt, retinentque tributam.

De eodem.

Quale animal, dic, esse putes, quod mobile totum
Est oculus, neq; pars præterea vlla manet?
Quotidie gignit natum sine matre creatum,
Qui tamen vna ipsa hac interit ipse die.
Cuius item soror absente est genitore creata,
Partita imperium fratris & interitum.

Luna.

Luna.

Fœnerat vt stellis, ita mi quoque lumina Titã:
Paupera quamuis sim, cornua sumo tamẽ.

Aliud.

Quisnam pro socio cupiat qui soluere? Nemo.

Aliud.

Dic vbi terrarum mulier mala nulla moretur

Responsio.

Vbi omnes sunt bona.

Aliud.

Edidit vna mihi mulier notissima septem
Proles, masculei pignora pulcra gregis:
Vna habet ex illis vnam sibi quæque Sororem,
Dic mihi quam soboles hæc numerosa stet?

Aliud.

Dicite vos matres, num vestro sanguine creti
Hi pueri, pueris quique fuere patres?

Respondent matres.

Sanguine sunt nostro creti, nostrique mariti
Sunt illis fratres, legitimique patres,

Idem aliter.

Hi pueri nobis nuper genitricibus orti.
Sunt quibus & fratres, qui genuere virũ.
Vtraque legitimi tamen est fœtura cubilis.
Dic igitur, natos qua ratione putes?

Mulier quæ gemellos parit.

Plus ego sustinui quam corpus debuit vnum:
Tres animas habui, quas omnes intus habebam:
Discessere duæ sed tertia bella remansit.

Aliud.

Quæ vox auditu gratissima? adeste beati.

Aliud de Fiat.

Orbis ab exorsu quæ vox est edita primum?

Aliud.

Dic vbi terrarum latissima terra putetur?

Responsio.

Vbi mare angustissimum.

Aliud.

Quænam homines inter iustissima turba? bi-bonum.

Aliud.

Tres lepores capiunt duo patres, & duo nati,
Accipit & leporem quilibet inde sibi.

Vel sic.

In siluis natiq; duo, totidemq; parentes,
Tres capiunt lepores, quiuis hinc accipit vnu.

Expositio.

Vnus erat pater, is habebat filium, isq; alium filium: Sic tres erant personæ, attamen duo patres & duo filii seu nati.

De Senectute.

Me cupit omnis homo, nemo non odit adeptus.

De eadem.

Quid est quod euenire sibi cuncti expetunt:
Si nunc tamen detur parandi copia,
Nemo asse mercetur sibi in præsentia?

De Glacie.

Mater me genuit, quæ eadem mox gignitur ex me.

Vel sic.

Quam mater genuit, generauit filia matrem.

De dictione, Golt.

Dictio

Dictio scripta per L Germanica, grata cuique est,
Est tamen L demto vox ea nobilior.

Pecunia.

Torqueo non possessa hominem: possessa fatigo
Curis: perdita mox ipsa dolore premo.

De eadem.

Terra fui primum latebris abscondita diris,
Nunc aliud regnũ flamma nomenq; dederunt,
Nec iã terra vocor, licet ex me terra paretur.

Aliud.

Ecquis præcellit lapis utilitate? Molaris.

Molæ rota.

Crebra lauor fluuiis fluctus & verbero crebro,
Supprimor & mergor fluctibus absq; modo.
Nunquam candidior, nunquã formosior inde
Emergo, at magis hinc forma venusta perit.

Molares lapides. Symph.

Ambo sumus lapides, vna sumus, ambo iacemus:
Quam piger est vnus, tantũ non segnis it alter.
Hic manet immotus, non desinit ille moueri.

Farina.

Inter saxa fui, quæ me, contrita, premebant,
Vix tamen effugi totis collisa medullis,
Et nũc forma mihi minor est sed copia maior.

Aliud.

Quæ res maxima? Mens maxima despiciens.

De Castanea.

Arbor inest siluis quæ pingitur octo figuris,
Fine tribus demtis, vix est è millibus vna.

Fe-

Hinc Rhyth.

Femina casta, securis acuta, cliensq; fidelis,
Hæc tria Parisiis nunquã sunt absq; querelis.

De Folle.

Est plenum & vacuum, par tempore pondus utroque,
Et similis grauitas permanet usque rei.

De Melle.

Vox quædam ruris tribus est depicta figuris,
In medio sita coniugium notat, illa remota,
Millia præcedũt, hãc quinquaginta sequuntur.
Sublata cauda, certum Prænomen habebis.

De Luce.

Filia sum solis, simul & cum sole creata,
Sum quinquaginta, sum quinque decemque vocata.

De vrna ferali seu Capulo.

Qui manibus compingit opus non indiget illo,
Quiq; emit hoc uti non vult, quiq; utitur illo
Ignorat quamuis habeat, tu solue quid hoc sit.

Aliud.

Exhaurire velis si cunctas æquoris undas
Hac in re vasis quod fore credis opus?

Solutio.

Quod si sufficiet vas tantis fluctibus unum,
Crede mihi, nunquam pluribus esset opus.

De Quercu.

Viua fui, viuos paui, nunc mortua viuos
Ipsa fero, & viuos celeri superambulo gressu.

Solutio.

Quercus eram, porcos paui, nunc arida naues

Par-

Porto homines, pisceſque ſuper feror alta per vndas.

De Puteo. Virg.

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Tres pateat cœli ſpatium non amplius vlnas?

De Virtutibus Equi.

Accipe quo poſſis recte ſpectare caballum,
Hæ ſunt virtutes nobilioris equi.
Addecet hunc leporis geminas [illegible] dotes,
Conuenit [illegible] vulpis habere duas.
[illegible]res ſint illi bina de more luporum,
Ex aſini totidem conditione petat.
Deniq; femineis geminas de dotibus addat,
Sic ſonipes multum ſuſpiciendus erit.

Aliter breuius.

Sint duæ equo leporis dotes, vulpiſq; lupique,
Et dotes aſini ſint, totidemque nurus.

Solutio.

Det lepus ut pedibus ſuperet velocibus auras,
In gyrum facile hunc dextra regentis agat.
Perſpicuos oculos habeat, ſint lumina clara,
Et bene cauda decens, munera vulpis erunt.
Tum ne ſuccuſſor delaſſet membra ſedentis,
Et bene ſemper edat, debet habere lupi.
Ex aſino ſumat ſibi ne pilus effluat vnquam,
Tū ſolida, & firma huic vngula calcis erit.
Vt neque rectori proprio parere recuſet.
Luxurietq; gradu, femina pulcra dabit.

Aliter.

Cui caput argutum eſt, breuis aluus, obeſaque terga,

Ar-

Ardua cui ceruix, iste probatur equus.

Eques.

Bellipotens olim sæuis metuendus in armis,
Sexq́ue pedes habui, quos veros nemo negaret:
Nunc mihi vix duo sunt: inopem me copia red-
dit.

Aliud.

Quis solet exosus reliquis magis esse puellis?

Responsio.

Qui forma [illegible] illius esse solet.

De Anno.

Est quiddam sine, P cui seruit noxq́ue, diesq́ue,
P, si præponas feceris inde togam.

Prisianus.

Vere sordida priscianus est vox.

De Alpibus.

Sunt montes celsi, quibus vnum demitur, L,
Viuunt, mellificant, qui possunt soluere solua[illegible]

Versus qui singulis retrocurrunt litteris.

Signa te signa, temere me tangis, & angis.
Roma tibi subito motibus ibit amor.

Item. *Si bene te tua laus taxat, sua laute tenebis.*
Ordine retrogardo, qui volet, illa legat.

Versus recurrentes [illegible] dictionibus.

Laus bona, non mala fraus, virtus non c[illegible]
rerum,
Nobile dat nomen, & decus eximium.

Aliud.

Coniugium tibi Rex fœcundent numina [illegible]
Semine: nec sterilis [illegible] progen[illegible]

Aliud.

Es bonus, haud malus es: cœlos, non Tartara quondam,
Gaudia, non planctum dent tibi cælicolæ.

Aliud.

Coniugium tibi sit blandum: nec fœdera iūgas
Irrita: sis felix: nec cito dispereas.

Aliud.

Cæsareum tibi sit felici sidere nomen
Carole: nec fatum sit tibi Cæsareum.

Aliud.

Donet munera mel, nō fel, pax candida nobis.

De Maria.

Sum quod eram, nec eram quod sum, modo dicor vtrumq́ȝ.

De Tempore.

Ecquis consiliarius optimus esse putatur?

Aliud De Magna est fides tua.

Quo titulo dignus, bene qui sua debita soluit?

De Sapiente.

Quis diues? qui nil valet amisisse suorum.

De Paupere.

Ecquis agit vitam sine Adulatoribus omnē?

De ducenda vxore.

Quādo vxor ducenda Sopho suadente Canino?

Respondet Diogenes Cynicus.

In iuuentute nondum, in senio nunquam.

De eadem.

Dic precor vxorē qualē ducā: anne Puellam?
Hæc forsan veniet non satis apta tibi.
An Viduā: Dominā quis posset ferre tonantē?
An Vetulam: Tolerat quis patienter anū?

Fœ-

Fœcundã? Fœcunda domũ tibi prole grau
An sterilẽ? Sterilis non decus arbor hab
An Ditem? Nihil est magis intolerabile
Ast inopem? Quid opis ferre valebit
Pauciloquam? Non te poterit recreare loq
Verbosam? Mulier res onerosa loquax.
Formosam? Variis est subdita forma peric
Deformem? Pœnam ducere nunquid
Nõ igitur ducenda vxor, cum maxima
Ducenti vxorem damna timenda

De eadem.

Trade modum nobis quonã ducenda sit v

Responsio.

Non tibi ducatur Manibus, nõ vxor Ocell
Auribus est thalami conciliandus amor
Si Manibus: dotem spectas, & herilia ven
Iura, suo locuples imperat vsq; viro.
Sin Oculis: formam laudas, nec spõda care
Insidiis: raro pulcra pudica manet.
Ast vbi consortẽ legis Auribus: apta prob
Morum mollities: aspera nemo cupit.

Aliud

Quæ sunt illa, diu nequeũt quæ occulta lat

Responsio.

Principio dolus, hinc linguæ mendacia fal
Ebrietas fumus, copia, tussis amor

Aliud.

Quis tribus est operis quiduis facientib. vsu

Resp. *Scire, posse, velle.*

Aliud de penuria bonorum.

Copia dic cur in terris sit tanta malorum?

Aliu

Aliud.

Quæ res in toto rerum pulcerrima mundo?

Responsio.

Virtute omnigena qui decoratus homo est.

Aliud.

Irato quid distat stultus? tempore solum.

Aliud.

Quæ tristissima res? maxima pauperies.

Aliud.

Quæ turpissima res? sordida pauperies.

Aliud.

Quis petit iniuste? qui dare nescit opes.

Aliud.

Quis merito poscit? sponte daturus idem.

Aliud.

Quis ratione docens? quod docet, illud agens.

Aliud.

Fare quid est panis? sine quo cib. omnis inanis.

Aliud.

Quis nullius eget? cui satis est quod habet.

Aliud.

Dic cessante cibo, somno quis opimior est? Glis.

Aliud.

Quis subit in pœnam capitali iudicio? Vas.

Aliud.

Quod si lis fuerit nummaria, quis dabitur? Præs.

Aliud.

Quando volat tempus quænam sunt illius alæ?

Responsio.

Præteritum, præsens, quæque futura modo.

Aliud.

Aliud.

Quid facit esse malos? inhonesta licentia...

Aliud.

Qualibus ex rebus rerum prudentia facta?

Responsio.

Ex bonis malisque.

Aliud.

Quæ mage stultitia est laudanda? breuiss... quæque.

Aliud.

Quæ laudatur auaritia? hæc quæ tẽpus acer...

Aliud.

Quis mendax alios inter cautissimus omni...

Responsio Diogenis.

Ducturum uxorem qui se ait, atq; cauet.

Aliud.

Quid Corpus? domus est animæ. Quid Om... is est dux

Corporis. Auris quid? iudicat ille sono...

Quid Pes? nil nisi fulcrum. Quid Manu... ministra est.

Ecquid Os? hoc membris robur inesse...

Ede quid Os? edo. Quid Stomachus? co... ciborum.

Labra quid, est valuis hisce serandus e...

Quid Cor? vas vitæ. Quid Pulmo? si... præsto.

Aera non alius qui moderetur erit.

Barba quid? est sexus discretio. Quid... Frons est?

Totius hæc animi fertur imago sui.

Quid Nasus? quidquid domibus solet esse caminus.

Quid Cerebrum? esse potest hoc sine nemo memor.

Quid Iecur? innati custodia fida caloris.

Quid Verbum? hoc animi proditor usq; sui est.

Aliud.

Quænam Iustitiæ soror est? lex optima iuris.

Aliud de E, & O litteris.

Littera vicinas inter validissima quænam?

Aliud.

Cur tondentur oues? lana quia corpus onustũ.

Aliud.

Stercora quæ sapidissima? Apis quæ parturit aluus.

Aliud.

Stercora Cæsarib. quænã tegumẽta ministrãt?

Responsio.

Bombycis, cuius serica ventre fluunt.

Aliud.

Quis similis cribro? futilis omnis homo.

Aliud.

Dic vbi Teutonicum se diuidit atq; Latinum?

Responsio.

Euenit hoc crebro diuitis ante fores.

Aliud de Spe.

Vltima in aduersis rebus solatia quæ sunt?

Aliud.

Quodnam animal solet esse homini infestissimus hostis.

Resp. *Solus homo alter.*

Aliud de Mendico.

Quis mendicorum pauperrimus? is cui corium,
Sportaue nulla, quibus quod datur inueniat.

Aliud.

Quæ bona portatu multo esse grauissima credis

Responsio

Non facile est æqua commoda mente pati.

Aliud.

Dic tria quæ nullus sibi non deposcit adesse.

Responsio.

Vtilitas, & honos, vsque valere bene.

Aliud.

Qui corpus pasces bibere absque ac absque come

Resp. *Sorbendo.*

Aliud.

Ecquid auaritia est? vera & spōtanea egest

Aliud.

Quæ stultissima res? mater cum prole suapte

Aliud.

Quidnam factu opus, vt nullo vincamur ab
hoste?

Resp. *Abstinendum à certamine.*

Aliud.

Dic mihi quis vorat hoc, à quo post ipse vora-
tur?

Resp. *Suos agros qui prodigit.*

Aliud.

Vita quid est hominis? multis res septa ruinis

Aliud.

In quonā sita sit bona, vel mala fama profer

Responsio.

In lingua alterius.

Aliud.

Vnde vt agat male discit homo? nil prorsus agendo.

Aliud.

Cur nox facta? in ea post vt meditemur agẽda.

Aliud de conscientia.

Quid timidos reddit rebus magis omnib. vnũ?

Aliud.

Quænam res alit, atq; artẽ producit? Honores.

Aliud de ore.

Cui mel, felq; simul, frigus inestq; calor?

Aliud.

Quis portus miseri? præclara scientia rerum.

Aliud.

Quid nauis? domus vsque vagans, fundaminis expers.

Aliud.

Qui male sæpe valet, quid is hinc addiscit? obire.

Aliud

Quid Sol? est oculus mundi, fax, luxq; diei.

Aliud de Sene.

Morte repentina dic quis sit liber ab ipsa?

Aliud de Fame.

Quæ res à nullo vincitur? ipsa Fames.

Aliud de malo fratre.

Quiddam sibi quod nomen sortitur honestum,

Cum sit sæpe malum, dic quid id esse putas

Aliud de Morte.

Omnigenum præsens quænam est medicina malorum?

Aliud.

Fictio quid? fictum noceat quid dicere dictum

Aliud.

Optima quæ vestis? quæ corpore frigus abarcet

Aliud.

Quænam maxime honesta? oculos quæ turpia celat.

Aliud.

Quæ solet esse Senatori pulcerrima vestis?

Resp. *Canities.*

Aliud.

Dic rogo cuius amor, quemuis præcellit amorem

Responsio.

Quo sua sollicite pignora mater amat.

Aliud.

Cur inopes potius sophiæ penetralia lustrant
Ditibus, atque illinc quæ sibi grata ferunt

Responsio.

Adagium est: Paupertas sapientiam sortita. Ignaua est opulentia: Inopia multarum rerum repertrix: & Hominem experiri multa paupertas iubet.

Aliud.

Indoctum, Doctumque quid est discriminis inter

Responsio.

Quod inter viuentes & mortuos Aristippus inquit.

Aristippus interrogatus respondit, Qu

ter domitum & indomitum equum.

Aliud.

Aduersa, bene, res quæ dic ratione feruntur?

Responsio.

Si videantur inimici deterius affecti.

Aliud.

Quonam vita modo nobis viuetur honeste?

Responsio.

Si quæ in aliis reprehēdimus, ipsi non faciamus

Aliud.

Discipulus paruo studiorum tempore magnos
Progressus quanam dic ratione facit?

Responsio.

Si excellentiores prosequendo tardiores non moretur.

Aliud.

Quid pictura siet paucis edissere verbis?

Responsio.

Veritas falsa: Videmus siquidem poma picta, aurum, argentum, bestias, homines, nec quid eorum est verum.

Aliud.

Est quid Epistola? fidus, at oris nuntius expers.

Aliud.

Quidnam Pax? est libertas tranquilla peritis.

Aliud.

Fare quid est Sōnus? nihil est nisi mortis imago

Aliud.

Quid nō hominū quanā certissima res? Mors.

Aliud.

Quid Regi & Misero commune? Mori, quoque Nasci.

Nasci. Aliud.

Qui sani ægrotant? qui aliena negotia curant.

Aliud.

Quænã mendacis sunt præmia? falsa putetur
Vt loqui eo quoq; quo tempore vera refer(bit.

Aliud.

Ecquid Amicus? is est anima una in corpo(re
Non male nonnullis dicitur alter ego.

Aliud.

Maxima quæ Iuuenum virtus? Ne quid n(imis

Aliud.

Securissima quæ Nauis? cui mansio portus.

Aliud.

Quæ visu res rara? senex visu res rara Tyra-
nus. Aliud.

Quidnam difficile est? se cognouisse meti(psum

Aliud.

Quid Deus est? Deus est qui conspicit o(mnia
quæ sunt:
Interitus expers, principioq; vacans.

Aliud.

Quid Spes? dulce malum, somnus vigilanti(s
illa est. Aliud.

Quæ suauissima res? suspicor esse Frui.

Aliud.

Quæ mortalibus optima vita? breuissima q(uæ
sit. Aliud.

Quis fortis? quicunq; sua moderabitur ira(m

Aliud de Loco.

Quid precor hoc, quod res in se complectit(ur o-
mnes? Aliud.

Dic, rogo, quid rerum facies abstemius ut sis?

Responsio.

Si turpes ebriosorum mores tibi ob oculos ponas.

Aliud.

Vrbanus canis à catulo quid distat agresti?

Responsio.

Hic male vestitos allatrat, ille bene.

Aliud.

Qua doctrina venit? viuis, mutisue magistris.

Aliud de Pugno.

Qua ratione procax nimis os muliebre serandum?

Aliud.

Quænam, & quot bona Coniugio spectantur in ipso?

Responsio.

Præcipue tria, casta fides, concordia, proles.

De Coniugio.

Sunt duo quæ duo sunt, & sunt duo, quæ duo non sunt?

Quæ duo si non sunt, sunt duo nulla duo.

Aliud de eodem.

Dic qui Coniugium seruabitur absq; querelis?

Responsio.

Altera luminibus quando caret, auribus alter,
Improba coniugium tale querela fugit.

Aliud.

Dic quid est nequam? qui normam non tenet æquam.

Aliud.

Qua hora prandendum? pauper dum prandia habebit

Prandeat, at diues quando comesse libet.

Aliud.

Dic quibus imperii ſedes latiſſima? Stultis.

Aliud de Vino, Muliere, & Vero.

Dic tria præ reliquis quibus ampla potentia præſto eſt.

Aliud.

Quæ res in ſenio præſtat? Amicitia.

Aliud de Vitio.

Quid cito percipitur, tardeq; ex mẽte recedit

Aliud.

Antiquitatibus quid eſt antiquius?

Reſponſio.

Deus carens origine.

Aliud.

Pulcerrimum quid approbatur omnium?

Reſponſio.

Mundus, Dei præſtans opus.

Aliud.

Quid maxima videtur amplitudinis?

Reſponſio.

Locus, nihil qui non capit.

Aliud.

Quid motibus curſum rotat celerrimũ?

Reſponſio.

Mens, ire docta quolibet.

Aliud.

Potentia quid eſt inexpugnabilis?

Reſponſio.

Fati grauis Neceſſitas.

Aliud.

Quis eſt inenarrabilis prudentiæ?

Reſponſio.

Vicissitudo temporis.

Aliud.

Vita quid est sine doctrina? sine fructib. arbor.

Aliud.

Cur metuenda Senecta homini? comitu illius (ergo.

Aliud.

Dic quid opũ sibi possideat gens indiga? Proles.

Aliud.

In quonã sita sunt Christi documenta? Papyro.

Aliud.

Quis ditissimus? hic sibi qui satis autumat esse.
Quis vere locuples? cui famulantur opes.

Aliud.

Debita qui soluet cui nil superest? moriendo.

Aliud.

Plurima quæ Mater produxit pignora? Terra.

Aliud.

Hocce quid est quo nõ aliud velocius? est mens.

Aliud.

Ecquid cuncta suo præcellit robore? Fatum.

Aliud de Adamo protoplasto.

Dic mihi quis gremio matris tumulatus in ipso est?

Aliud.

Quis sine peccato? nullus nisi Christus Iesus.

Aliud.

In terra, inq; mari quæ sunt animalia & astris

Responsio.

Latrat in æde canis, nat in æquore, fulget in astris.

In ponto, inque astris, degit & anguis humi.

Aliud de Vnoculo.

Est alter cocles, binos tenet alter ocellos,
Dic vter illorum cernere plura solet?

Aliud.

Quid plenum vacuumque pari exstat pondere?
Follis.

De Gallo in pinnis templi.

Dic, tibi quis summus nostra videatur in vrbe.

Aliud.

Esse quid hoc dices quo nil antiquius vsquam?

Responsio.

Est, qui praecessit cuncta creata, Deus.

Aliud.

Si toga danda Deo, pani quod opus foret vlnae?

Responsio.

Vna, nam minimis, vt sibi facta, tenet.

Aliud.

Dic quibus Omnipotens fallebat tempora rebus,
Mundus adhuc nondum cum fabricatus erat?

Responsio D. Augustini.

Praesul ad haec Lybicus fabricabat tartara dixit,
His, quos scrutari talia mente iuuat.

Aliud.

In quibus exsistit lapis atrocissimus vndis?

Responsio.

In lotio, nam dat corpora saepe neci.

Aliud.

Ars quaenam cunctis magis vsurpata? Medi...
Hanc homines siquidem, bestiolaeque colunt.

De Campana.

Os mihi sēper hiās, & pēdes ferrea lingua est
Vox est nulla, nisi prodita verberibus.

De eadem.

Funera plango : Fulgura frango : Sabbatha pango: Excito lentos: Dissipo ventos: Paco cruentos.

Aliud.

Dic mihi, quid paucis quauis loca permeat horis?

Solutio.

Mēs; cito cogitat hac siquidē quæ dissita longe.

De eadem.

Intrepidus terris peregrinans erro viator,
Libera ab insidiis per loca cuncta vagor.
Non me præruptis remorātur mōtib. amnes,
Non mare, nō [illegible] quæ nimis horret hiās,
[illegible] nullo sud[illegible] H[illegible]rionis astra.
Non pluuiis mista grandine turbor aquis.
Saluus eo saluus redeo rerumq; nouarum
Atq; omnisumentu conscius esse queo.

De Niue. Had. iunj.

Candidior cygni plumis, sum filia brumæ,
Dura minus glacie, sed nō minus algida: frigidior, ac fluidum in laticem tabesco tepore:
Nigro nouem fuerit si littera prima recisa:
Cur mihi si præeat, me auis haud est atrior vlla.

Aliud de eadem.

Plumis volucris foliis super arbore nuda
Insidet; hanc subito deuorat ore carens.

V

De

De pila lusoria.

Extra glabra, pilosa intus, specieq; globosa,
Exsilio, quanquam mi pedis usus abest.

Chordæ, chelys, arcus.

In ligno canit agnus equus quem spōte titillat

De Nola.

Transit aquas nec aquas medio degustat in astu,
Dat sonitum, sonitum nec tamen ipsa cap...

De Vino.

Sol altor, tellus genitrix, sator ipse bimater
Bacchus, me sepelit venter, & ante cadu...

De eodem Vino.

Do vires, adimoq;, & origo nominis à vi,
Ingenium exacuo, pectora soluo metu.
Me gignit Tellus, rutilo Sol concoquit igni
Mox ventrosa tegunt dolia, prela vom...

De Cereuisia.

Æmula sum Bacchi, me Mulciber exco...
haud Sol:
Neptunus pater est, mater & alma Cer...

De eadem Cereuisia.

Nomine sum vini non digna, vicem tamen ius
Impleo, dum victrix cerebri percello cam...
Illud Sol radians, me Mulciber excoquit an...
Gignor, alit que Ceres madefacti farris acer...

De Caseo.

Non Heraclitus, non Argus sit, neq; Nestor
Sic bonus, & gratus caseus esse solet.

De Vespertilione.

Sola auium pario, soli vbera lacte tumescunt,
Aspera sunt soli dentibus ora mihi.

De eodem.

Nec mus prorsus ego, volucris nec glorior esse,
Sola meo fœtum nutrio lacte meum.

De Osculo.

Ex puro, & fœdo constat quod reddis amica.

De Furno.

Integrum reuomo, integrumque deuoro panẽ,
Sub cœlo coctus sit tamen ipse, prius.

De Mundo.

Magnificum quoddam templum, & spectabile noui,
Iurabis mecum pulcrius esse nihil.
Effulget media prælustris in æde columna:
Bis senas vrbes & statua illa tenet.
Ter denis trabibus fulcitur quælibet harum,
Non vna his species, non color vnus adest.
Has circum gemina currunt, vt credo sorores,
Et properant passu non faciente sonum.

Responsio.

Quod dicis tẽplum, pulcher mihi creditur orbis,
Artificis summi machina structa manu.
Pyramidis tegitur sub voce iubilus annus,
Bis senis radians mensibus ille nitet.
Vtque cito expediam, ter denas adijce luces:
Circuit hasque trabes, Nox & amœna Dies.

Nox & Dies.

Germana gemina gignit quarũ altera semper
Alteram: & inde parẽs fit filia nata vicissim.

Aliud.

Patris ventre latet, matris qui deserit aluum
Quum duo diuersum tempora nomen agit.

Aliud.

Patre caret quē nox profert, huic unica mater
Et redit in matrem datq; mouetq; necem

Terra.

Pendeo, ceu pila non vllo libramine fulta,
Omniparens pingui profero cuncta sinu.

Ventus.

Sit vox nulla mihi, vel nulla sit ala licebit.
Persono, & immensas peruolo sæpe plagas.

Aliud.

Dic, quid nec linguam, nec vocem habet, & tamen illud.
Dulci homines captos detinet harmonia.

Flumen.

Puluerulenta sit vt cūctarum meta viarum
Pulueris est expers semita sola mihi.

Aliud De eodem.

Temporibus citius nocturnis currere coep...
Quam cum clara dies nitido se protulit or...

Fluuius concretus.

Heu mihi? quid monstri est: quanta hic mutatio facta?
Stat fixum, paulo quod currere vidimus ante.
Diriguit subito, quo non est mollius vllum
Debile quodq; prius e... nunc ecce solidum
Insuper in paruum numerū sunt multa redacta

Ignis.

Omnia consumo foueo simul omnia, rerum
Caussa fui, rerum mox quoq; finis ero.

Aliud.

Aliud.

Dic, quid sit, cui quo plus porrigis, exigit hoc plus?

Flamma.

Mater alit viuum, viuens mox deuoro matrē.
Matre tamen morior commoriente simul.

Fortuna.

Sum nihil, & vocor ipsa tamen Dea, caeca, figuror,
Surdaq́; & ima leuo, sūma premo, omne roto.
Si qd agis, me egisse refers, clamasq́; tyrannū,
Atq; petis dira voce supinus opem.

Fama.

Viuo expers vitae, totum vaga peruolo mūdū:
Plurima turba solet me generare patrum.

Aliter.

Augusta est vni, bene conuenit atq; duobus,
Lata nimis res cum sit manifesta tribus.

Aliter.

Si scis, dic, homini nimis arctum ꝙ foret vni,
Amplum sed trinis nimiū, iustum bene binis.

Expositio.

Est arcanum aliquot, quod cum solus aliquis commode ferre nequeat, vtile erit si habeat amicum aliquem intimum, quicum vt secum loqui possit: Sin vero pluribus detegat, celari non potest.

Aurum.

Vocalis quāquam mihi desunt organa linguae,
Nullus, quo careo, prodit & ore, sonus:
Suadere tamen mortales omnia possum.

Ne

Ne graue sit fieri quidquid in orbe volo:
Non moueor, moueo forma, quos sponte care...
Captiuos teneo nocte dieq; mea.

Baculus.

Cui natura oculos, aures, animamq; negauit,
Hic tamen est caeco duxq; reduxq; viae.

Arbor nucifera.

Non ferior sterilis sed cum sum fertilis omni
A populo saxis stipitibusq; petor.

Theca ceruicalis.

Ventre domi posito se nota ad flumina conf...

Cadauer.

Foetens sperma prius, dein vixi corporis ad...
Post mortē iam sum vermibus esca putri...

Pullus.

Mira tibi referam nostra primordia vitae:
Nondum natus eram, nec eram tum m...
in aluo;
Quum posito partu natum me nemo vide...

Monoceros.

Ceruū fronte refert, elephātem sed pede, ca...
Aprum, voce bouem, corpore prodit equ...

Ceruus.

Corniger, ac timidus, pedibusq; fugacibus ...
Ocyor, at furias mi citat alma Venus.
Lassus, aqua vires reparo, spadixq; colore,
Cornicis supero saecula longa quater.

Elephantus.

Quis tollet superos, qui numina sancta nega...
Quum fera perpetuos sentiat esse Deos.

Formica.

Sole sub ardenti mihi colligo prouida victum,
Quo gelido bruma tempore læta fruar.
Disce meo exemplio iuuenis tolerare labores,
Ne desint canis certa alimenta tuis.

Cimex.

Sum ligno genitus, depasco corpora morsu,
Sũ grauis, at grauior quando necabis, odor.

Cancer.

Mẽbra hominũ torret luis immedicabilis ardor,
Cælum habito, fluuio captus adorno dapes.

De eodem.

Brachia bina, pedes octo, testamq; rubentem
Qui gero, regales sæpius orno dapes.

Halex.

Aere non viuo sed aquis, aer necat, vnda
Oceani viuam me sinit esse diu.

Rana.

Colla tumẽt, albet venter, vox rauca coaxat,
Terga caput tangunt lubrica spina viret.

De eadem. Had. Iun.

Vox mihi rauca aures radit, sum garrula lingua,
Vlua sub sterili mollia regna colo:
Vuaq; vere nouo rediuiua recurrit in artus,
Candida aui, gracili cruribus esca petor.

Cochlea.

Terrigenã, exsessem, domiportã, sãguine cassã
Aspice, cui sua quæ sit domus vna placet.

Cicada.

Rorrore leui, facio conuitia Soli,

Lætificõ

Lætifico cantu rura vtroſq; meo.

Locuſta.

Terrigena, exſanguis, volucriſq; loquax ...
æſtum ...
Triſtifico, paſtu ruſtica corda meo.

Vipera, Symphoſii.

Non poſſum naſci, ſi non occidero matrem.
Occidi matrem, ſed me manet exitus idem:
Id mea mors patitur, quod iã mea fecit orig...

Arundo.

Litora ſemper amo, ripis vicina profundis,
Suaue canens Muſis, nigro perfuſa colore
Nuntia ſum linguæ digitis ſignata magiſtri.

Catena.

Nexa ligor ferro, multos habitura ligatos.
Vincior ipſa prius, ſed vincio vincta vici...
Et ſolui multos, nec ſum tamen ipſa ſolut...

Tegula cocti[...]s.

Terra mihi corpus, vires mihi præſtitit ig...
Alta domus quærit, ſedes eſt ſemper in im...
Perfũdor liquidis, ſed me cito deſerit hum...

Acicula.

Longa, ſed exilis tenui producta metallo:
Mollia duco leui comitantia vincula ferro
Et faciem læſis, & nexum reddo ſ...

Clauus ...

In caput ingredior, qui de pede pendeo ...
Vertice tango ſolum, capitis veſtigia ...
Et comites multi caſum p... ...

Capi[...]li.

Findere me nulli poſſunt, præcidere multi.

Sed sum versicolor, canus quandoq; futurus:
Malo manere niger, minus vltima fata verebor.

Anchora.

Mucro mihi geminus ferro coniungitur vno:
Cum vento luctor, cũ gurgite pugno profundo:
Scrutor aquas medias, ipsas quoq; mordeo terras.

Spongia.

Ipsa grauis non sum, sed aqua mihi pondus inhaeret:
Viscera tota tument patulis diffusa cauernis:
Intus lympha latet, sed non se sponte refundit.

Tridens.

Tres mihi sunt dentes, quos vnus cõtinet ordo,
Vnus praeterea dens est & parte sublima:
Meq; tenet numẽ, ventus timet, aequora curãt.

Sagitta.

Septa graui ferro, leuibus circumdata pennis,
Aera per medium volucri contendo meatu,
Missaq; descendens nullo mittente reuertor.

Laterna.

Cornibus apta cauis tereti perlucida vitro,
Lumen habens intus diuini sideris instar,
Noctibus in mediis lucẽ non perdo dierum.

Vitrum.

Perspicior cunctis, nec luminis arceo visus,
Transmittens oculos intra mea membra meantes,
Nec me trãsit hiẽs, sed sol tamẽ emicat in me.

Speculum.

Nulla

Nulla mihi certa est, nulla est peregrina figura
Fulgor inest intus, radiata luce coruscans,
Qui nihil ostendit, nisi si quid viderit ante

Perna.

Nobile duco genus magni de gente Catonis:
Vna mihi soror est, plures licet esse putentur:
De fumo facies sapientia per mare partas.

Malleus.

Non ego de toto mihi vendico corpore vires,
At capitis pugna nulli certare recuso:
Grāde mihi caput est, totū quoq; pōdus in ip

Tessera.

Dedita sum voto, nunquā sat certa futuri:
Iactor in ancipites varia vertigine casus:
Nūc ego mæsta malis, nūc rebus læta secundis

Manus.

Porrigor in ramos quinos, & quilibet h
Diditur in triplices nodos, nisi quintus eg
Vno, qui solus respondet robore cunctis:
Vndiq; colliculis surgo, in vallemq; residu
Atque abaci, desit si forte, ego munia præs

Matula.

Inuentum lasciua putor Sybari esse tuorū
Fictilis aut stanno, aut Cyprio sum fusilis
Vsibus humanis nil ne magis vtile. quarum
Vtilis haud quidquam, nec me dispectius ex
stat.

Latrina.

Quisq; meam querit seu vir seu femina
Ipsa tamen lateo parte latente domus.

De eadem.

Hei mihi quam neglecta habeor, contemptaq́ue vulgo,
Semper in obscura parte locata domus?
Sum tamen ipsa bonum, passim quod habere necessum est,
Quo nihil vtilius, commodiusq́ue nihil.
Nam me nulla carere potest domus, indiget omnis
Vsqueadeo officio femina virq́ue meo.
Hunc pueri, inualidiq́ue senes, positoq́ue timore,
Ac naturali virgo pudore ruit.
Immo Duces, Reges, summus cum Cæsare Papa,
Si quando huc illos imperiosa voco.
Legatũ huc, Caculamq́ue suo non mittere possunt
Nomine, non alijs imposuisse vices.
Sed debent ipsimet comparere citati,
Idq́ue statim, nulla interueniente mora.
Et veniunt non cum pompa, magnaq́ue suorum
Turba, sed nullo concomitante viam,
Curuatiq́ humilesq́ue adeũt mea regna, leuari
Corporis orantes pondere quisque sui.
Omnes admitto placide, excipioq́ue benigne
Hospitio, & miseros subleuo fasce suo.
Nec noctu, nec luce mei claudo ostia regni,
Optatum nulli denego subsidium.
Iste ego sum Latium, sedes vbi fata quietas
Ostentant, grauidis & lassis datur.
Certe ego confugium cum sim, certumque leuamen,
Et Latium, & requies & medicina mali:
Atq́ue cum præstem cunctis solatia, posthac

Sum

Sum merito prima fronte locanda domus.

Natura rerum parens optima, Ars nouerca.

Dic mihi, cur omnes crescunt felicius herbæ
Sponte sua natæ luxuriantq; magis?
Sed quos ars hominum vel dextra inseuerit illa
Tardius erumpunt proueniuntq; male?
Sæpe & spem præter succo emoriuntur adēpto,
Si quas translatas prouida cura serit.
Sed quos fert tellus, nullo cogente, videmus
Produci gremio fertiliore soli.

Religio peperit diuitias, & filia deuorauit matrem.

Relligio censum peperit, sed filia matri
Caussa suæ leti pernitiosa fuit.

Curæ & Preces.

Cura preces gignit, Precibus sed cura fug[...]
En soboles Matri, quam male grata fui[t]

Aliter.

Cura precum mater: matrem sua filia p[...]
Quam felix mater, filia quamq; pia e[st]

Filia Cimonis.

Filia cuius eram, genitrix sum denique fa[...]
Ipse pater, natæ cæpit modo filius esse
Restitui matri, quo erat hæc priuata, mari[...]
Vita per ingentes illi est percepta colum[nas]
Sic ego detinui mortem, cunctisq; f[...]
Tu si nostra placent Ænigmata, dic [...] sim.

Aliter.

Filia cuius eram mater sum denique patris:
Matris vir sic fit filius inde mihi.

Expositio.

Allusum est ad historiam, quæ exstat apud Valerium lib. 5. cap. 4. de insigni pietate filiæ erga patrem, quem captum filia lacte suo admotis uberibus longo tempore sustentauit, & fouit.

Aliud.

E terris flumen quodnam subit atria cæli?

Responsio.

Deserta fletus viduæ, cui iura negantur,
Ille Dei summum peruenit ante thronum.
Pauperis & lacryma, quem iussa tyrannica lædunt,
Et quem trux dominus sub iuga sæua dedit.

Aliud.

Est aqua quã libeat Domino potare supremo,
Si scis hæc quodnam, dic mihi, nomen habet?

Responsio.

Lacryma pœnitentium: Venit enim Christus vocatum peccatores ad pœnitentiam.

Aliud.

Est aqua nonnullis quæ plurima commoda præstat,
...ue vt è quæstu cogantur ducere vitam.
...ulcatur ratibus, non pisce natatur:
... non est humanis vsibus apta.
...qua quænam sit paucis edissere nobis.

Aliter.

...quidë, vilisq́ꝫ breui plus fœnerat hora,

Quam

Quam bene quæ multa pisce natatur aqu

Responsio.

Est vrina male affecti, qui languidus omni
Poscit opem, toto cum sæuit corpore morbus.
Vespasiane tibi census hæc reddidit olim:
Nunc alitur tali medicorum turba lucello.

Aliud.

Nil sensus natura dedit prudentior vndis,
Vna sed est miris fallere docta modis.
Illa facit stultos quibus est sapientia summ
Hac esset Salomon decipiendus aqua
Hæc eadem fallet te cum ratione furente
Crede mihi, sed iam dic rogo nomen a

Responsio.

Inuitis oculis mulier quam callida guttas
Exprimit, est multis insidiosa sophis
Fortius his animos iuuenū conuincere
Quā validos muros machina dura

Aliud.

Quæro, quibus multum quidam terren

Responsio.

In laceris quis non crepidis humore rec
Terretur, pelles cum percipit esse solutas

Aliud.

Inter saxorum genera omnia, dic mihi
Qui lapides Rheni existunt in flumine plu

Responsio.

Plurima sunt ipsis humentia ja...

Aliud.

Quos precio summo, dicis leui ...
Et minima scopas vtilitate tam...

Responsio.

Quas per humum voluit cultissima femina vestes,
His veluti scopis verrere cuncta solet.

Scriptura.

Atra seges (viden?) hic in cãpo cernitur atro:
Prætereunt multi, nec patet illa seges.

Conscientia.

Ipse sui simul accusator, & est reus, atq;
Iudex, & tortor denique, fare quis est?

Robigo, vel Rubigo.

Me non dura fames, me non amor vrget edēdi,
Sed ferri & chalybis fit mihi lamna cibus.
Me vesci prohibent oleum, tum crebrior vsus:
Hæc duo me vires non diu habere sinunt.

Aliud.

Audi mira loqui, lumen sine lumine vidi:
Est sine luce dies, est sine pace quies.

Aliud.

Luce carens, radijs collustro tecta serenis:
Quo careo, hoc alijs me dare posse negas?

Aliter.

[illegible] oculorum expers, nec cernens quidquid vbique est:
[illegible]ctorũ oculus: per me domus omnia cernit.

Aliud.

[illegible]ortat spinam, de qua capit aula rapinã:
Quod rapit ipsa boui, dat vitulo, vel oui.

Sepulcrum.

[illegible] domus è saxis, aut multo struct: labore,
[illegible] sterili, vt creber postulat vsus, humo.

Expers solis ago, nullo quia tempore claram
Admittit lucis facta fenestra diem.
Ventorum gelidos quamuis non sentio flatus,
Torpeo perpetua frigiditate tamen.
Non calor est vsquam, non rerum forma, te-
nebra
Obscura quæ sunt omnia nocte premunt.
Hospitij certam venienti confero sedem,
Confecit durum quando viator iter.
Conuiuis alius non est cibus, ac meus hospes
Cui pars hospitij quantulacumque datur:
Admissos claudo, dimitto nec ante receptos,
Quem cum conflagrans ignibus ignis erit.

Cenotaphium.

Quis iacet his? Nullus: nec quid nisi mar-
inane:
Quamuis sis aliquid, tu quoque nullus er-

Horologium.

Non didici numeris numerandi pluribus a-
Nam quæcumque modo temporis ordo flu-
Ne fugiat numerus, nec fallat in ordine tem-
pus,
Successumque datus sentiat vsque labor,
Te doceo numeros? doceo te tempus, vtri-
Dum monstro numeros, tēporis edo mora.

Ars.

Sum puero magnū teneris ego pondus in armis
Quod aureus placido pectore ferre negat.
Vt puero dulcem nullis in rebus ...
Sic malæ fortunæ sum per acerba comes.
Per mare per syluas, per terras, curro per ...

Nil vis, nil hostis, nil mihi liuor obest.
Non humeros onero, manibus non tractor, habenti
Hoc leuius, quo plus sustinet, esse probor.
Nudus vt incedat, secum gerit omnia diues,
Odit nemo hominum me, nisi solus iners.

Aliud.

Quæ res est, cuius numer⁹ quo maior habetur,
Hoc numero leuior dicitur esse suo?

Epistola.

Interpres mentis loca per disiuncta viarum,
Sensa voluntatis præmeditata loquor.
Erubeo nunquam, quod dicere quisq; veretur,
Excusso nulla profero voce metu.
Officio dulcis nonnunquam fungor amici.
Nonnunquam partes fortiter hostis ago.
Et belli & pacis sum causa, boniq; maliq;,
Auctoris posita pro ratione mei.

Aliter.

Femina circumfert infantes rite loquentes,
Sint mutæ quamuis, per loca quæq; volant.

Inuidia.

Sum pestis toto qua non truculentior orbe,
In portentoso corpore pœna mihi.
Ex proprio lætor non prosperitatis honore,
Ærumnis animo non queror ægra meis:
Est amor alterius dolor, est ærumna voluptas,
Quo me confi io corpore semper adest.
Tum mihi alterius damnis gauisa reporto;
Alteriusq; bonis nil cruciata lucror,
Sola mihi noceo, pario mihi sola dolorem.

Conficio torquens membra furore meo.
Immensum proprio tormentum corde, meoq;
Alterius morior prosperitate sinu.

Vestis.

Turpe quod est visu, vitæ quod turpe decoro,
Congressus hominum quando subire placet,
Vt non offendas vlla ratione pudorem,
Omne quod est visu turpe nefasq; tego.
Numinis inuentum, mortalis cura celebrem
Me specie terris splendidiore facit.

Casus.

Grammatica formas accommodo vocibus
Multiplices, rebus multa pericla creo.
Quod neq; dat fatum, neq; quod sors bona ministrat,
Spem præter spatio forte mi isto breui.
Quid sim quæritis? non possum dicere, verum
Ex coniecturis colligite mente tuis.

Chelidonium.

Purgo caput, tenebras oculorum purgo, fugo
Ictericum, dat auis nomen hirundo mihi

Lepos, Lepus.

In syluis lepores, in verbis quæro lepores.
Sylua tenet leporem, sapientis lingua lepori

Lætum, Letum.

Non est id lætum cum pulsat ad ostia letum.
Linque metum leti, quia nil affert tibi læti.

Tribula, Tribulus.

Tribula grana terit, tribulus nascitur in agris

Arundo, Harundo, Hirudo.

Floret arundo: Cātat hirūdo At nat hir

Rex, Lex.

Si bene regnas regis, sis dignus nomine Regis:
Doctor & es legis si bene iura legis.

Comes, Comis.

Si vis esse comes mihi, mores accipe comes:
Quam magnus comes es, carior inde comes.

Aliter.

Vt colere comis ne fallat femina comis:
Careq; [illegible] e careas semper amore care.

Color, Cor, de Baccho.

Sit Deus, isq; color: simulac per guttura color,
Mutatur color, & cor fugit, inde dolor.

Anus.

Dum se curuat anus, retro male sibilat anus.

Amicis.

Si nudos amicis, sanctis potieris amicis.

Fides.

Ni sit nota fides, ignoto non bene fides:
Nec fides unquam quod sit in ore fides.

Serui.

Dum puer es serui, si vis vt sint tibi serui.
Seruus eris, seruis ni prius ipse diu.

Vires.

Nil probitate vires, nisi sint animi quoq; vires:
Nil prosunt vires, ni probitate vires.

Nepos.

Care nepos, mores si vis tractare nepotum,
[illegible] nepos, desinis esse nepos.

Robur.

Non potest longe robur sine robore ferre.

Sudes.

Noli ferre sudes, sub quarum pondere sudes.

Securi.

Non sunt securi, qui dant sua colla securi.

Palam.

Non venit ille palam, qui furatur mihi palam.

Cupido.

Omnia des cupido, sua non perit inde cupido.

Procerum.

Est procerum vere procerum corpus habere.

Dominus.

Omnia dat Dominus, nec tenet inde minus.

Egestas.

Post res egestas, multos comitatur egestas.

AEs, Es.

Si tibi deficit æs, miser es, præpinguia non es.

Venit, Venit.

Dere quæ venit, gratia nulla venit.

Veneris.

Lauta domus Veneris, sub quã si veneris, aris
Plenus, & haud dederis, inde repulsus eris.

Item.

Quid facies facies Veneris cum veneris ante?
Non sedeas, sed eas; ne pereas, per eas.

Sus, Tinea, Mus.

Furfurẽ edit pannum pane quoq; sustineamus.

Malus, Mala, Malum.

Omnis origo mali processit ab arbore mali
Malo carere malis, quam malum mandere malis.
In rate triste malũ cum frangit nauita malum.

Sepic. Sæpe, Cæpe.

Sepio rus sæpe, hinc ne quis rapiat mea cæpe.

Edes, AEdes.

Sæpe bibes & edes si magnatum colis ædes.

Vincit.

Quē dæmon vincit, mox illū compede vincit.

Nates.

Quamuis arte nates, non tegis arte nates.

Cerua, Serua.

Quod tibi de cerua dat serua, illud bene serua.

Fide, Fidæ.

Non caret ille fide, cui mentis gratia fida.

Fides.

In quo nulla fides, in eo tu quomodo fides?
Nunquam tu fides quoa sis in orbe fides.

Merens, Mærens.

Non est æra merens meretrix, pro crimine mærens.

Nisi, Nisus.

Non est tuta nisi sine niso filia Nisi.

Tribules.

Nō homines tribules quos tu scis esse tribules.

Molæ, Mole.

Non leuitate molæ, sed aqua currit rota mole.

Euades. Vades.

Non sic euades sed dabis ante vades.

Putet.

Nemo placere Deo putet hunc pietas cui putet.

Legi.

Nō sunt digna legi, quæ sunt contraria legi.

Leges.

Nocte dieq; leges, si vis cognoscere leges.

Mundus.

Non aliquē potuit sine culpa gignere mundus,
Solus homo Christus fuit inter millia mundus.

Nota.

Non est absq; nota, cuius sunt crimina nota.

Vita.

In tota vita discors tibi viuere vita.

Deuita, Vita.

Otia deuita, si vis bona sit tibi vita.

Oua.

O mi frater oua, panem comedemus & oua

Ouis.

Non est vilis ouis centum mihi carior ouis.
Est ea vilis ouis, quæ non melior tribus ouis
Quæ male fœtat ouis, nō est melior tribus ou

Soli.

Omni fine soli dominantur adhuc duo soli.

Pendere.

Pendere vult iustus, nō vult pēdere malignus

Picæ, Pice.

Penna solet picæ pulcrior esse pice.

Sedet.

Qui mihi mente sedet, mentis mihi vulnera sedet.

Vti.

Quiuis discat vti debet virtutibus vti.

Potum.

Non veniat potum, qui non vult soluere p

Placet.

Scorto nemo placet, ni dextrā munere tan

Hospes.

Hic malus est hospes, per quẽ depellitur hospes.

Parens.

Gaudet vterq; parens, cũ filius est bene parẽs.

Sera

Fur obstante sera, non furta facit nisi sera.

Cuculos, Cucullos.

In siluis cuculos, in claustris quære cucullos,

Cacabo.

In veteri cacabo, re sic vrgente, cacabo.

Rogo.

A ruente rogo nos trahe Christe, rogo.

Sero, Sero.

Si far sero, crescunt mea semina sero.

Ostia sero sero, nunquam sero tempore sero.

Canes.

Cum barba canes, paucula verba canes.

Metis.

Cum tua rura metis, vicini parcito metis.

Sedes.

Dum super alta sedes, casum præbet tibi sedes.

Labor.

Est grauis ille labor, sub cuius pondere labor.

Mori.

Est in amore mori, Veneris se subdere mori.

Sensus, Census.

Excæcat sensus diuersi copia census.

Mare.

Fœmina nulla mare transeat absque mare.

Libris.

[illegible] centum libris nolo carere libris.

Stiues.

Ignem sæpe strues, si tibi magna strues.

Dedi.

Multis multa dedi, quæ nũc cuperẽ mihi dedi

Eques. AEques.

Ne sis solus eques, tibi me per equum, precor, æques.

Disco.

Nil manet in disco, cum carnes mandere disc.

Incudi, Cudi.

Nil nocet incudi durum ferrum bene cudi.

Ducis.

Nomen habeto ducis, si militiam bene ducis.

Duci.

Docto crede duci, si vis ab eo bene duci.

Acer.

Ornat acer siluas, equus acer rura pererra.

Labes.

Si per vina labes, non vini sed tua labes.

Potes.

Si potare potes vinum, cur flumina potes?
Sanior esse potes si cum moder amine potes.
Si vitare potes, non plurima pocula potes.

Cupis.

Si bona vina cupis, melioribus extrahe cupis.

Velis.

Si transire velis maris vndas, vtere velis.

Aret.

Terram nullus aret, sub qua vis semine aret.

Faui.

Verbula plena faui mihi das, ideo tibi faui.

Ca.

Caro.

Vilis sæpe caro venit pro munere caro.

Lites.

Vitatione lites, animi prius excute lites.

AEris, Eris.

Aëris seruus eris, si te species trahat aris.

Hæres.

Æri cur hæres? cras aris non eris hæres.

Ducas, Potes.

Dum pyra manducas, pro consuetudine ducas,
Vt citius potes quidquid habere potes.

Pario, Pereo, Pareo.

Dum pario, pereo sed dum tibi pareo Christe,
Cælica sunt per te regna parata mihi.

Subtilia, Fila.

Filia sub tilia fila subtilia fila.

Torres.

Grandis fac torres, cum cruda cibaria torres.

In Superbos.

O, Cur, Mors, Deus, Negat Vitam,

Super.

Be, Bis, Te. Bis, Nam.

Ordine da primam mediæ, mediamq; sequenti,
Debita sic nosces fata, superbe, tibi.
Quid mortalis homo iactas te: quidve superbis?
Cras forsan fies puluis & vmbra leuis.
Quid tibi opes prosunt? quid tunc tibi magna potestas?
Quidve honor? aut præstans quid tibi forma? nihil.

Epitaphium mysticum.

Nil fragile à fracto differt: quod es ipse scibis
Esse prius: fies tu quoq; sum quod ego.

Aliud.

Id quod es, ante fui: quid sim post fata requi-
ris?
Quod sum, quidquid id est, tu quoque, li-
ctor, eris.

Aliud.

Puluis & vmbra sumus: puluis nihil est nisi
fumus:
At nihil est fumus: nos nihil ergo sumus.

ÆNIGMA ARITHMETICV

Dc Afina & Mulo, hoc feptem, illa quinq; vini menfuras portantibus.

Mulus portabat vinum comitatus Asella,
Atque oneris queritur pondera vasta sui.
Ille grauas matris gemitus miratur, & inquit:
Cur tabes lacrymis lumina mœsta fluunt?
Mollities teneras, Mater, decet illa puellas,
Quas premit insuetus debilitatq; labor.
Vnam mensuram si nostros fundis in vtres,
Ipse tui vini pondera dupla feram:
Sin vnam contra nostro de fasce leuabis
Partem, tunc equum poteris vterq; feré.
Dic mihi mensuras, ó docte Geometer istas,
Non aliter Phœbi nomine dignus eris.

Aliud.

Hoc mihi iam credes fieri quod posse negaris:
Octo tenens manibus, sed me monstra magistro,
gistro,

Sublatis septem reliqui tibi sex remanebunt.

Aliud.

Ter tria sunt septem: septem sex: sex quoque tres sunt:

Quattuor octo dant: quatuor septem tibi donant:

Hac numeres recte facient tibi millia quinque.

Ænigma musicum.

Ut Relevet Miserū, Fatum, Solitosque Labores
Ævi sit dulcis Musica noster amor.

Ænigma Theologicum ex D. Chrysost.

Si publicanus es potes fieri Euangelista: a
Si persecutor es potes fieri Apostolus: b
Si latro es, potes fieri colonus Paradisi c

a. S. Matthæus. b. S. Paulus ex Saulo. c. Latro in cruce pœnitens.

Ænigma Grammaticum.

Olla hodie præstāt quos dat lux crastina pullis.
Mea pater in sylvas, filium tuum lupus est.
Mus est in templo, crux non est in templo.
Non licet vesci carnibus nisi die Veneris,
Sunt oculis clari qui cernis sidera tanquam.
Non licet asse mihi qui me non asse licetur.
Aspice virtutē, vitium cole, neglige Christū,
Crimina disce, nega vera, caduca pete.
Odit, amat, reprobat, probat, execratur, adoras,
Crimina, iura, nefas, fas, simulacra, Deum.

Declinatio Scamni.

… Fixum Scamnum! quanta inclementia scamni!

Insideo Scamno: toto premo corpore Scamnum.
O Scamnum, Scamnum! rigido non gaudeo Scamno
Scamna iuuent alios; Scamnorum nulla voluptas:
Dico vale Scamnis, aliis ego Scāna relinquo.
Scamna valete, volo duris absistere Scamnis

Declinatio Mortis.

Omnia mors soluit, sunt omnia terrea Morti
Mortalis viuo viuere disce Deo.
Omnia debentur Morti, mortemq; sequuntur
Mortalis verum disce timere Deum.
Omnia, Mors, tua sunt, morientur & omnia Morte:
Discite mortales viuere, itemque mori.

Aliter.

Mors mortis morti mortem nisi morte dedisset,
Cœlorum nobis ianua clausa foret.

IOHANNES BVCHLER a Gladbach.

Imposuit proprii Domini mihi gratia nomen
Cognomen, Libros disce, doceq;, meum ...

Aliter.

Nominis ire iubet princeps te litteram stri.
Altera vero pedes figere mandat equis.
Vtraque ferre leuis fecit me nomen amico,
Centoculus custos cui datus Argus erat,
Lætitiaq; sonos in magnis edo triumphis:
Iunxeris, N. Græcis flos beni odoris ero.
Alio Teutonibus vigilem designo volucrem
Grauem

Græcia me fouit, dum sine ventre fui.
Dicta suæ volucris Græco sine fronte locatur,
Tu partes reliquas abiice, Græcus ero.
Libros disce doceq; meo cognomine dico:
Dempseris, L, præter nil tibi signo libros.
Lubricus in terris fuerat mihi patria torrens:
Hinc cœlum patria, vt spero perennis erit.

IN OBITVM GENEROSI & antiqua nobilitate illustris viri Theodori Quaht in Wicrath Domini, Aulæque Geldricæ Magistri perpetui, Elegia Funebris.

QVem Dominum agnouit Wicradica terra, Magistrum
Aulaq; quem coluit Geldrica perpetuum:
Hic iacet ante diem subito sublatus acerba
Morte, oculus cuius cau[illegible]sa, caputq; fuit.
Occidit, heu, virtus stirpis clarissima Quada,
Stirps numerans longa posteritatis auos.
Occidit omnigenæ virtutis nobile lumen,
Spes nuper patriæ, puluis, & vmbra modo.
Heu quantum amisit cum sua patria laudis?
Perdidit & quantum subdita turba virûm?
Sic Theodore iaces? sic te mors enecat atrox?
Lustra tuæ vitæ vix duodena tenes.
[illegible]ati & coniunx sic nos tot casibus acti
[illegible] immergimus assiduisq; malis?
[illegible] nil luctum nobis, nec amabile quicquã,

Nostra

Nostra delitia, te moriente, iacent.
Tu clypeus, tu certa salus, tu immobilis omni
In casu anchora eras, auxiliante Deo.
Omnes sub q; tuis tuti requieuimus alis,
Septi sanguineis undiq; militibus.
Sed Deus iratus nobis, ani q; Toparcham
Tam mitem, atq; bonum noluit esse supe
Qui si quisquam alius mortali lege creatu
Dignus, reuera viuere dignus erat
Cuius si laudes vellem comprendere versu
Longe humeris impar Musa subiret onus
Vera tamen sera dicent praeconia gentes,
Huic Domino & memores inclyta facta
Nam quẽ non iuuit? quos nõ solatus amic
Qui petiere eius consilium, vel opem?
Ecquis eo melior fuit, aut reuerentior ae
In populos quotquot iura seuera tenet.
Delicias & opes, & vanos temsit honores
Pacis amans semper pacificusq; fuit.
Optima prelatu nec deerat gratia verbis
Comis, sincerus, vir sine fraude bonus.
Simplicitas animo prudens tamen, atq;
Fixa fuit, procul a pectore fastus erat.
Sic sibi multorum dum conciliaret amorem
Gratus erat populo, principibusq; viris.
Otia quae vitiis causa, atq; alimenta ministr
Illius in vita nullum habuere locum.
Pace prius [illegible] gentes, [illegible]
Heroum, fortis victor vbiq; [illegible]
Ast ubi iam firmata virum perfecerat ae
Iudicio dextro, consilioq; valens
Uxorem duxit Mariam de stemmate Fin

Moribus, & vera nobilitate patrem.
Qui thalamū subiens pro more, fideq́ iugalem,
Proles undenas fert tribuente Deo.
Quorum germani septē, soror una supersunt,
Exculti studiis, moribus atque bonis.
Et tres iucunda primo sub flore iuuenta
Ante suum subita morte obiere patrem.
Quarti maiorum mortē dum flemus Adolphi,
Spē præter sequitur mors lacrymāda patris.
Omnia sunt gemitu, sunt omnia plena dolore,
Hunc repetit uotis concio tota piis.
Inprimis coniunx ut casto compare turtur
Orbatus, casum & tristia fata dolet.
Vnū hūc suspirat, gemit hunc, hūc cogitat unū
Seu lux, seu nigra sidera noctis eunt.
Flere decet, non maior [illegible] nec acerbior unquā
Nobis ante diem hunc contigit interitus.
At quid flere iuuat? fletus mors inuida ridet,
Exstinctum possunt nec reuocare virum.
Ergo pro lacrymis, hominū meditemur inanē,
Sortem spectando regna beata poli. (angor,
Hæc breue vita bonum nihil est nisi luctus, &
Principio, medio, fine dolenda suo.
[illegible] quæ dat gratissima dona, perennis
Est, morbis, omni tristitiaq; carens.

ECLOGA FVNEBRIS, DE EODEM.

Melibœus, Tityrus.

[illegible] festino tendis præcurrere gressu? M.
[illegible] quasi pedes? an quo via ducit in
[illegible]

For-

T. *Fortunante Deo libet hac requiescere nocte*
Intra vrbis muros, quid enim [illegible]
M. *E quid amabo noui vestris à finibus [illegible]*
Si quid habes deprome, via vt fastidia [illegible]
T. *Est aliquid, sed quod vix dum lacrymis [illegible]*
possim
Commemorare, pati mihi tam fuit illud ac-
bum:
M *Triste quid expecto: naui versaris in vna*
Nobiscum (mentis nisi me sententia fallit)
Haud dubie nostri miles populator & agri
Tristia damna dedit, rapiendo armenta, g-
gesq;:
Non leuis est talis certe iactura, sed vdos
Sæpe oculos facit, & multum anxia corda fa-
tigat:
Expertus loquor: heu quanti experientia [illegible]
Ipse fui quondam (durum, & miserabile [illegible]
Diues agri, diues positis in fœnore nummis:
Quid verbis opus est? pleno mihi copia cornu
Omnia erant mihi læta, animo nihil am-
vltra
Optabam, cunctis sat erat factum vndique [illegible]
Fortuna mandans liquidam, [illegible]
Posse mali nihil, at sum spe relictus inani.
Corruit igne domus, perijt bis terque idem
Ære pecus, gallus, pullus, cum matre [illegible]
Ipse quater vinctus (me, mens [illegible]
horret)
Et post mille min[illegible]
Ære graui hirsutum caput [illegible]

*Tale nihil queror : expertem me his Ætheris T[illegible]
auct[illegible]r,*
Et nostri Dominus pagi fecere periclis.
O ter felices homines, felicia rura, M.
Temporibus duris talis quibus obtigit heros.
Dic ergo afflicto quinam sub corde dolores
Sint tibi, disrumpunt siquidem suspiria pectus.
Incipiam, si tantus amor cognoscere casus. T.
Ille ope cuius adhuc patriis in sedibus omnes
Militis incursus, prædas, cædesque cruentas,
Euasisse datum, superas migrauit ad arces,
Gaudia vbi carpit nullis peritura diebus.
Quod genus Herois quæ tristia spicula mortis M.
Confodere, quibus viuens habitauit in oris?
Nullane fama tuas Domini penetrauit ad au- T.
res.
*[illegible]icraht, claro, & veteri de stemmate Q[illegible]
dum?*
Haud procul à Narsis, primo qui fluminis or[illegible]
Degit, & in vicos aliquot dominatus ibidẽ es[illegible]
Ipse illum Dominum vidi, hausique loquentem, M.
Tardior hæc certe mors debuit esse, viriq;
Postposuisse huius meritis sua iura decebat.
[illegible]pietas, si rara fides, si viuida virtus, T.
[illegible]andor, si nobilitas, si gratia morum
Flectere iura necis possent, foret ipse superstes.
[illegible] non fraude tumes, non prodigus iræ,
[illegible] innocuus sensit, bonus vsq; benignũ,
[illegible] placide exercebat, & arte
[illegible] animos, gratumque fauorem
[illegible] sibi [illegible] inermis.

Quid?

Quid multis? fuit hic decus omne, & gloria
nostra,
Præsidium [illegible] & rebus solamen in arctis.
Qui simulac sua coram [illegible] in verba [illegible]
Ora, [illegible] [illegible] [illegible] inimica [illegible]
Arma [illegible] [illegible] pax [illegible]

M. *Mira refers, audita mihi tamen ante, [illegible]*
Hæredemne soli, spem posteritatis auitæ:

T. *Moribus, ingenio, virtute simillima patri*
Pignora, ni [illegible] [illegible] [illegible] masculæ [illegible]
Arbore quippe bona fructus decerpitur [illegible]
Et germanus adest Wilhelmus nomine, [illegible]
Qui patriam, plebemque tuetur, & ornat, [illegible]
Quem niue candidior, nec tristi tabida [illegible]
Mens cunctis æquum recto [illegible] [illegible]

M. *En ventum ad portam, superest sermo [illegible]*
dendum:
Ergo vale, meæ me hac [illegible] negotia [illegible]

T. *[illegible] vale, multos & agas felicius annos.*

Annus & dies mortis.

ConspeCta aVgustI ter Dena LVCe, T[illegible]
Cha[illegible]
In W[illegible] Grabt noster [illegible] Theo[illegible]

NOMEN, FAMILIA, PATRIA, vitæ, & Mortis annus, Mensis, Dies, Liberorum ante, & post [illegible] numerus, ænigmatικῶς expressa.

Diu[illegible] munus Gr[illegible]
Cognomen [illegible] est, [illegible]
D[illegible]

Dant natales ſolum ſapientia conſiliumq́;,
Quod vulgo à vitiis nomen habere putant.
Lex montis Sinai, hebdomade ſimul vnius anni
Annos quot vixi ſignificare queunt.
Interitus noſtri ſi quis deſiderat annum,
Qui mihi poſtremum clauſit in orbe diem,
Samſonis iungat vulpes & Neſtoris annos,
Addat quod Græco Troia ſub hoſte fuit,
Ægypti plagas, & Mathuſalemia ſecla,
Hos bene collectos illico certus eris
Cæſaris Auguſti proles penultima vidit
Scandere me ſummi regna beata poli.
Nos quot eluxit, mihi tot periere priuſquam
Occido, coniugii pignora cara mei.
Hæc ſcula tot linquo quot habet vagus oſtia Nil⁹
Præter auis Phœnix, pignora fœminea.

EPITAPHIVM CLARISSIMI, integerrimique vir. Egberti Meuteri, per annos quadraginta quatuor in Vvicraht Præfecti, qui diu ischiadi cum intolerabili conflictatus, ſibi quidem neque præmature, neque infeliciter, ſed ſuis intempeſtiue & luctuoſe, ætatis ſuæ anno ſeptuageſimo tertio, reparatæ per Chriſtum ſalutis 1595. decimoquarto die Decembr. deceſſit.

EGberti ſi forte tuas peruenit ad aures
Meuteri nomen, claraq́; fama viri,
Et gradum, ſua qui fuerit cognoſce peracta

Vita

Vita dehinc animæ fauſta precatus, abi.
Si neſcis vir erat prudens, affabilis, æquus,
Iudicio iuſtus, iuſtus & officio.
Ingenuo viuens nulli non gratus amore,
Subiectis, Domino carus erat'q; ſuo.
Præturam quadragenos, & quatuor annos
Geſſit, in hac Dominis ſeruiit ille tribus.
Ioannes Auus aſciuit, Theodorus amauit
Filius, hunc Ianus vidit obire Nepos.
Vxorem duxit Flodroff de ſtirpe priorem,
Hinc ſubiit thalamos Ghoir Catharina ſu
Si, C. ſublato, V, poſt ter modo ſæcula quinque
Conſtituas; annum funeris inde cies.
Luſtra bis octo, minus ſeptē dū vixerat anni
Poſt Idus prima luce Decembris obit.
Illius in medio ſunt membra recondita tēpl
Quod medius populos eſſet & inter heru
Proxima præſtantis quondam pietate Priori
Goſvvini Thelen corporis exuuias.
Nec temere, vnanimes quondam, nunc cor
reiuncti
Sinceræ renouant pignus amicitiæ:
Exſpectant'q; diem ſonitu præeunte tuba-ru
Quādo hominis veniet nat⁹ ab arce Pa
Tunc erumpentes tetro de puluere mem-bra
Priſtinus amborum reſtituetur honos.
Permiſti'q; piis Phœbeæ lampadis inſtar,
Fulgebunt, verum iugiter ante Deum.
Quiſquis es, his vt eas coniunct , hone-
ceſſe,
Atq; tuum caleat pectus amore Dei

Ἐτεο. καὶ ἡμερόστιχον.

LVCIa VIX aberat PrӕfeCtVs Vt Integer Egpert,
MeVterVs Late CaLICa regna petIt.

De eodem adhuc ſuperſtite.

En lector, paucis aduerte, docebere, quanam M
Gens qualiſue locus ſibi vēdicet, obtineatque E
Prӕfectum, in Iulia, qui Cliuenſiq; ducat V
Expraït, & ſocios antiquo munere vinci T.
Rhenū cis Moſamq; habitat, Diſcede repentE
Terra dat nomen, cuius Prӕfectus habetuR.
Vis Dominum nouiſſe loci, vox digna notatV
Sit tibi Grӕca κακὸς, q̃ per contraria ſume S.

PIIS, ET SANCTIS MANIBVS V. P. PRIORIS, ET PAſtoris in Vvicraht Goſvvini Thelen Ruremundenſis, viri pietate, eruditione, prudentia, & vſu rerum, vitӕ, morumq; integritate prӕſtantis, qui feliciter, & ſancte in terris vitam ſuam clauſit, Anno ſalutiferi partus cIɔ Iɔ XCI. Quarto die Maij tunc Aſcenſioni Dominicӕ ſacro.

...e ſacrati tumulus ſepulcri
...oribus largis lacrymarum inundet,
...ereus Myſta vapor vſque ſacri
Gratus inumbret.

Ah

Ah Domus huius cita mors Priorem
Abstulit magnum decus additum Diis,
Sed crucis sacræ columen cohorti
Maius ademtum.

Heu iacet secum pietas, & ille
Pristinæ candor fidei, atque fandi
Artifex lingua, & Sophia altæ sacris
Eruta chartis.

Hic vir apprime bonus est in oris
Geldricis natus, celebriq; in vrbe
Concitum flumen, cui Rura nomen
Nobile præbet.

Diuites quamuis opibus parentes
Atq; cognatos variis haberet
Præmiis laudum, tumidiq; honoris
Suspiciendos.

Hic tamen semtis opibus paternis
Pauperem duxit, voluitq; vitam,
Fratribus sacræ socium crucis se
Iunxit ibidem.

Impii ritus scelus execratus,
Quod semel vouit Superum Parenti
Præstitit, puro pietatis vra
Pectore semper.

Mox Procurator, licet abnegarat,
Fit Domus illic, minime secundo
In statu, sollers cito cui reduxit
Integritatem.

Nam fuit felix, nec inauspicatum,
Corde quod voluit, Domino annuente
Rite cesserunt sua destinata.

Consiliumque.
Dein, bonos ultro siquidem citato
Dignitas cursu sequitur perennis,
Factus in Wicraht Parochus, Priorque
Omnine fausto.
O quater plus plus quam quater, o beatos
Hos, quibus dono Superum Monarcha
Rebus afflictis, dubiisque prorsus.
Contigit ille,
Qui manu clauum tenuit fideli,
Ære deuinctos aliis, redemit,
Atque structuris varie innouauit
Cœnobium omne.
Ecquis illius merita sonabit
Laude virtutes, studiumque Christi?
Hic sua vires, sua spes, opesque
Tempore quouis.
Os fuit concors animo, sonusque
Sensui: longum monitis Supremi
Pectus innexum, scelera, impiosque
Horruit ausus.
Ah Vale æternum venerande Præses,
Ah Vale æternum columen, decusque
Ordinis sacri, fruitorque lætus
Luce perenni.
Amplius nec iam vigili labore,
Nec potes doctis monitis iuuare,
Nec iocis salsis lepidisque prorsus
Gratiam inibis.
Hostia sacra, Dominator orbis,
Cuius in sancta redolentis ara,

Quæ sacro in templo pius obtulisti.
Sit memor usque.

Annus & dies mortis.

GosVVInVs TheLen Pastor, PrIor atqVe CeLebrIs,
Intrat CVM ChrIsto teCta beata poLi.

Ἱλαος ὢν μύστην ἐλέαιρε τὸν υἱὲ θεοῖο,
Εὐφροσύνως διάγῃ πάμποτε οὐρανόθι.
Σοῦ γὰρ ἄνευ μηδὲν δύναται πίστις τε, πόνος τε,
Δῖα δικαιοσύνη, μηδὲ, τι ἐντυχέει.

EPITAPHIVM VIRTVTE ET nobilitate Præstantis viri Herberti ab Ha[l]... qui in Abbatia Imperiali S. Cornelii morb... correptus, morte felicissima ibidem ob... anno ætatis 42. Kalendis I[u]lij, Anno Domini 1596.

HIC iacet, & placida, vir magnus, mor[te] quiescit,
Temporis, & generis gloria magna sui.
Herbertus sacro tulit ex Baptismate nomen,
Hallia cognomen stirps generosa dedit.
Stirps splendore suo, quauis Germanidos ora;
Qua sese fecit notius esse nihil.
Ex qua, continua, longaque propagine clari,
Ex Troiano ut equo, prosiliere viri.
Qui foris, atque domi, qui belli & tẽpore pacis,
Ardua virtutis signa dedere sua.
Maiores imitando sua virtute, negauit,
Nec patriæ vitam, corpus, opesue suas.

Atq; truces inter gladios, ſtrepituſq; tubarum,
Pro Chriſto, & vera relligione ſtetit
Hoſtẽ hoſtis cognouit, amicũ expertus amicus,
Nulli non promptus, ferre rogatus opem.
Conſilio bonus, ingenio non tardus, habenas
Quid dare, & indomito adducere ſciret equo.
Talis quin etiam blandis facundia dictis,
Oris Neſtorei gratia qualis erat.
Principibus, ſummiſq; viris gratiſſimus vſq;,
Nec populo minus, imo his venerãdus erat.
Ingenuas artes teneris tractarat ab annis,
Dans operam mores vt ſine labe forent.
Nam neq; luxuriã, vitamve ſecutus inertẽ,
Fœdæ nec Veneris captus amore fuit:
Verum cum plures viuendo exiſſet in annos,
Iamq; ætas illi coniugio apta foret:
Verdthao lecti ſociam de ſtemmate legit
Agnen, connubij datq; capitq; fidem.
Natorum quæ facta trium dulciſſima Mater,
Bina tulit ſexus pignora feminei.
Poſt partus ſubito linquẽs cum prole Maritũ,
Integra perpetuæ gaudia lucis adit.
Multa cura Pater ſobolem ſibi morte relictam
Coniugis, educi fecit & erudier:
Cœnobio donec morbo correptus in iſto,
(Tempore quo locũ in hoc Natus adeptus) obit.
[illegible] octo vitæ, binoſq; peregerat annos,
Cum Deus hunc vitæ de ſtatione vocat.
Vt vixit fidei documenta profeſſus auitæ eſt,
In Chriſtum cecidit nec ſua morte fides:
Angelicis præeuntibus ergo miniſtris,
[illegible], membra repoſta ſolo.

Quisquis es, æterni potiaris vt arce parentis,
Illius vnigenam produce sume tuo:
Sternit hic ipse viam, recto quæ tramite, certu[m]
Ad pia cœlicolum gaudia, monstrat iter.

Ετερο ϗ ἡμερόστιχον.

IVLIVs Vt prIMa profLVXIT ab æthere (ti-
LVCe,
HInC HerbertVs ab HaLL teCta beata pe-

IOANNIS HERMANNI, NOBI-lissimi viri Adami à Baur in Rommelian, fi-lij, in funere Rutgeri fratris desideratis-simi Threnus.

QVo te, quo densis mors abripit atra tene-
bris?
Quo sequeris? tristi quæ loca nocte petis?
Bruma riget, Boreas fremit, omnia nix tegit, agri
Atque silent siluæ, vox replet illa lupi.
Siccine claudentur tua nūc tibi lumina frater
Lumina longæuos digna videre dies?
Siccine conclusa, Germane, iacebis in vrna,
Et membris fies vermibus esca tuis?
Quo tua quo frater deflebo funera fletu?
Quod mihi principium, quis mihi finis erit?
Deficio, totusq; tremisco pectore, possum
Nec tantum solus sustinuisse malum.
Flete pii, & mites mecum modo flete sodales,
Nam cecidit vestri pars quotacunq; gregis.
Heu lacrymosa dies, heu inuida Parca, quis il-
lud.
Tam male conueniēs nomen habere dedit?
Parcere te decuit Puero virtutis amanti,

Cui Deus, & sanctæ cui placuere preces.
Quem Musa simulac voces formare, gradiq;
Est orsus, studiis excoluere suis.
Dic age, quæ tanti fuerit tibi caussa furoris,
Hac auida vt raperes mēbra tenella manu?
Et cur ante diem? nondum duo lustra peregit,
Non fuerant vitæ languida fila suæ.
Sternere debebas pestes, vitæq; Tyrannos,
Quis melius vitam non habuisse foret.
Blandidulus puer hic, hominũ non obfuit vlli,
Nullius immo tulit conscia corda mali.
Verius est vero quisquis fuit ille locutus,
Quæq; solent longas pessima stare moras.
At cito depereunt primo placitura sub ortu,
Vt cadit in tenero splendida flore rosa.
Ergone te posthac dulcis Germane videbo?
O mihi Orestæa, frater amate, fide.
Ingeniumq; pari studio exercere licebit?
Atq; vno, vt semper, iungere membra toro?
Vna eademq; fuit nostrũ vtriusq; voluntas,
Alter & alterius par in amore fuit.
Ah quod non licuit longos tibi viuere mecum
Plusquam Nestoreos, vt merebare, dies.
Iam duo distrahimur fidissima pectora, tēplaq;
In Wirabt durum terra cubile dedit.
Subter quā procul à patria, & natalibus oris,
Carpendus longo tempore somnus erit.
Nec tibi post vnquā dabitur venientib. annis,
In natale tuum posse redire solum.
Quisnam dictum non posse parentibus ibit?
Hāc quis amabo malam gratiā inire volet?

Omnia erunt luctus, atq; omnia plena doloru,
Tot.iq; te repetet Rommeliana domus.
Quam vellent, vt ego, voces audisse supremas,
Atq; anima tecum deficiente loqui.
Me meminisse iuuat, crebroq; reuoluere verba
Pectore promebas quæ moriture tuo.
Præq; meis oculis tua iam morientis imago
Errat. & immemorem non sinit esse sui.
Errabitq;, imisq; meis in sensibus vsque
Hærebit. præsens dum mihi vita super.
Hæc cape fraterno multum manantia fletu
Carmina, & æternum frater aue atq; vale.
Sit tibi terra leuis, nulli grauis ipse fuisti
In vita, vita, luceq; amabilior.
Lector tolle pedes fratris super ossa resistis,
Quæ pede nullius promeruere premi.

Anima demortui fratris.

Ecquid opus frater nimis indulgere querelis?
Nomina Parcarum quid lacerare iuuat?
Nil Parcæ possunt: Deus est qui cūcta guberna
Arbitrium vitæ quem penes atq; necis.
Hic me subtractum mediis è fluctibus æui,
Æternum regno vult meliore frui.
Sunt vbi siderei cœtus, animæq; piorum,
Sacra vbi perpetuo fulget honore Trias.
Cōtinua est vbi lætitia, & sine fine voluptas,
Verus vbi pleno fonte redundat amor.
Nullū vbi morborū genus est, vbi nulla fatig
Curæ animos, vbi opus triste timere nihil
Gaudeo mortali quauis me lege solutum
Amplius haud quidquā posse timere mali

Vita, salus, requies, pax, iam hi parta decusq;,
Omnia iam nosco quæ latuere prius:
Lima iacet penitus, discendi exstincta cupido,
In cælis siquidem discere nil opus est
Siste ergo lacrymas frater, res vana profecto est
Hic vbi nil prodest, velle dolere, dolor.
Te decet humanæ sortis meminisse sit eius
Quam fluxum penses conditionis opus.
Non ego si possem lacrymis reuocarier vllis,
Ipse meo cuperem corpore, vt ante, tegi.
Curarum securus enim, vacuusq; laborum,
Percipio in Christi gaudia vera sinus.
Tu Germane vale, dulcesq; valete parentes,
Et cum cognatis nota caterua vale,
Et facite, vt misero superãt quæ tempora mũdo
Omnia mandatis sint operata Dei.

Ἔτος καὶ ἡμερόστιχον.

LVCe VaLentINI RVTgerVs nobILIs à BaVr
CœLICoLVM, seXta, Vespere, regna petIt.

INDEX

LOCORVM COMMVNIVM PRÆCEDENTIS operis.

Cla-

M.

N.

O.

P.

INDEX OMNIVM HIC positorum Ænigmatum.

A.

Cam-

D.

M.

INDEX

FINIS.

Diſtinxi, prius & male cu[illegible] vocabula, Lector,
Reſtitui: mendis [illegible] [illegible]dere noua.

GLADBACH

Sententia-

rum

Memorabi-

lium


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm